





BOEMI
MORES
GENTIUM











KNOWLEDGE · IS · HIGH
TRUTH · IS · STRAIGHT
WISDOM IS WEALTH
JOHN · T · BEER



OMNIVM Gentium mores, leges, et ritvs ex

MVLTIS CLARISSIMIS RErum ſcriptoribus, a Ioanne Boemo Aubano, Teutonico nuper collecti, & nouiſſime recogniti.

∴

¶ Tribus libris abſolutum opus, Aphricam, Aſiam, & Europam deſcribentibus.

¶ Non ſine indice locupletiſſimo.

PARISIIS.

Apud Mauricium de Porta.

M. D. XXXVIII.

Hendecasylla-

BON AD LECTOREM.

Non sic Herodotum, haud quidem Strabonem,
Haud Trogum, neq; Plinium, haud Solinum,
Scriptorem haud Siculũ, haud senem Berosum,
Facundis aliquem nec ex nouellis,
Non Papamque Pium, Sabellicumque,
De rebus breuius, fideliusque,
His tractasse. Videre nationes,
Hic omnes Asię queas vagantes,
Persas atq; Arabes, Scithas & Indos,
Parthos, Assyrios, Syrosque Medos,
Europe pariter Gethas, Dacosque,
Thraces. Sauromatasque, Pannonesque,
Germanos, Italos, Gallos, Iberos,
Hybernos quoque Cantabros, Britannos.
Et gentes titulo sub Aphricano,
Pœnos, Aethiopes, & incolentes
Aegyptum, & Libyę aridas arenas,
Nonnullasque per insulas morantes:
Turcarum vi super atque Tartarorum
Sectas, Christigenumque nationum.
Quę late dominantur, & gubernant
Nunc regna, Imperia, atque principatus
Mundum pręualide per vniuersum.

SIGISMVNDO GRIMAVGVSTANO OPTIMARVM ARTIVM & medicinæ eximio Doctori, Ioannes Boemus Aubanus Teutonicus. S.

COLLATVRVS ME AD CELEberrimũ hunc moré, quo omnes, qui vnquã à se scriptos libros in lucem dedere, vnum aut plures è prestantioribus viris eligere solent, quib⁹ velut defensoribus patronis, illos adscribant dedicentque: Cum huc atque illuc multum diuque circumspicerem, cui & ego lucubrationes hasce meas de Gentium Moribus ac earundem viuendi ratione, nominatim dedicare, & ad propugnandum tradere cum primis velim, cui acceptas fore confiderem: Nemo mihi te, splendidissime Doctor, cum dignior, tũ aptio occurrit: non eo solum, quod eas sub expẽsis tuis tuoque sub mundissimo castigatissimoq; literario prelo impressurus, laudem (quantulacumq; mihi vnquam à grato & humano lectore pro habitis laboribus cesserit) communem mecum habiturus sis: verum quod te materia ea haud mediocriter delectari notanter cognoui, cum anno superiori similes libellos duos, vnum de Septentrionalibus Gentibus cuius autor Mathias de Michau, alium de Meridionalibus cuiusdam Ludouici de Bononia, impresseris: meque librum præsentem in Germanicam linguam nostram transferre interpretarique adhortatus sis, Et hoc dignissime: quippe, qui optime diu antea hec atque alia, quæ de externis nationibus memorãtur, omnia cognoris, sciasque licet non ex leuibus circulatoribus non ex vagis mendicus, qui vt vulgo admiratiores acceptioresque sint, adeo nefandissime absque omni verecunda plerunque mentiuntur, vt non ipsis modo non fides etiam minima habeatur, verum omnibus iuxta, qui aliqui de his aut scribunt aut recitant: Sed ex grauium fide dignissimorum autorum scripti, quibus perdius & pernox tu quoque quandocunq; a medicis cur curis vacare datur operam summam impendis. Atq; ex hinc

homini in publica præsertim administratione cōstitu to nihil vtilius, nihil gloriosius; iucundiusq; magis quā veraciter aut legēdo aut peregrinando cognoscere, qua religione, quibus moribus, qua regiminis forma, quibus legib⁹ institutisq; alię per orbem gentes vitam traducant. Quod ita compertum est, vt illis qui extra patrios agros ad secūdū vix lapidem vnquam peruenerint quique ingenuorum morum & artium in iuuentute parum aut nihil perceperint, quamuis naturę suæ bonitate opulenti, facundi & solertes satis superque in patriæ sinu populos moderētur & vrbes, tantum tamen fœlicitatis adimatur, vt propemodū pro despicato quicquid dicant faciantq;, ad omnibus habeatur. E diuerso aliis qui peregre aquando profecti, sub fidelibus & eruditis præceptoribus in claris probeque institutis vrbibus egregia multa viderint didicerintq; tantū glorię, & maiestatis adiiciatur, vt nihil ab eis attentetur, nihil fiat, quod nō secus, quā à diuinissimo oraculo pręceptū alacriter non omnes amplectantur, cunctisque nō summe placeat. Quapropter ornatissime Sigismūde scripta hęc nostra, quæ ex multis præclarissimis rerū scriptoribus iam triennio ferme non sine maximis laboribus in librū istum collegi, congessi, & quantū ingenio atq; industria potuit, augmētaui, à me obuiis manibus & serena fronte suscipe, susceptaque tanta diligentia, tanta fidelitate perlege, perlustra, examina, ab omnique macula expurga, vt nihil vsquam pręternittatur, nihil præterfluat, quod secum minutuli quippiam subripiat inuoluatque, quod postea à lynceis vitilitigatorum obstrigilatorumque oculis inuentum, sphingeis vnguibus enodatum, vipereis linguis compunctum, exibitatumque, in famæ & nominis nostrorum amborum dispendium, atque obfuscationem in omnibus triuiis pro fabula iactetur. Quod vbi diligentissime perfeceris, sub Dædaleo tuo literario prælo accuratissime imprimere curabis. Vale.

IONNIS BGEMI AVBANI TEVTONICI, AD LECTOREM PRAEFATIO.

Autores quos in hoc ope sequitur,

EMORABILIORES GENTIum mores, ritus, leges. locorumq; vbi degũt situs: quos historię pater Herodotus, Diodorus Siculus, Berosus, Strabo, Solinus. Trog⁹ Pompeius, Ptolemæus, Plinius, Cornelius Tacitus, Dionisius Apher: Pomponius Mela: Cæsas, Iosephus: & ex recentioribus nonnulli, Vincentius. Aeneas Syluius: qui postea Pii secundi pontificis maximi nomen tulit: Antonius Sabellicus. Ioannes Nauclerus, Ambrosius Calepinus, Nicolaus Perotus in Cornu copiis: aliique permulti clarissimi rerum scriptores in cōmētariis suis diffuse & ceu per partes celebrauere, vt in vno libro conscriptos haberes, facileque, quando vsus desposceret, inuenires historiarũ lector cultorque studiosissime, per otium succisiuis horis vndique conquæsiui, collegi, & indiarium hunc conscripsi, digessi: non spe lucri vllius. non popularis auræ ambitione, verum enimuero tam libero & plane ocioso, studio: quã rei ipsius mira dulcedine atque vtilitate. Congressi inquam tum veteres: tum recentes, bonos item & malos indifferenter, vt ipsis tanquam præsentissimis atque optimis exemplit perspectis vitam instituendo, laudabiles sanctosque æmulabundus secteris, culpabiles & vbscenos vitabundus præter eas: Cognoscasque mi lector quam pulchre & feliciter hodie, quam item inculte & simpliciter olim pręmi mortalium, à creatione sua ad generale vsque diluuium & vltra multis seculis, terra fusi vixerint: quum in vsu adhuc æs signatum haberēt nullum. Mercimonia nulla, beneficia mutuo beneficiis æquarent, Nihil proprii cuiquam esset, quemadmodũ aer & cœlum, ita terra & aqua omnibus communes: Non honoribus, non diuitiis inhiarent cũ

Causa q̃ eũ ad scribendũ impulerit.

Libelli farrago

Vtilitates enumerat

Mortaliũ veterũ simplex vita.

quisque sibi & admodum paucis contentus in rure sub dio, aut saltem vmbrosa sub arbore aliqua, humiliue casa, cum consorte vna vel pluribus, cum dulcibus natis securus & pene ociosus ageret: congestis agrorum fructibus, pecorumque lacte vesceretur, aquam potaret vestimentum ex arborum corticibus latisque foliis primum deinde ex inconcinnatis animalium pellibus sibi consueret: nulli obseptus mœnibus, nullis fossis, liber vagansque inter libera & vagantia pecora, vbicunque nox deprehenderit resideret: nō latrones, nō fures vllos metueret, lætus prorsusque ignarus eorum omniū esset, Quæ postea vna cū adolescēte mūdo ex variis discordibus mortalium studiis, volūtatibus, ęmulationib⁹ subsecuta sunt, quando propter fructum absq; cultura noscentium insufficientiam, aliarumq; rerum defectū, bestiarum hominumque externorum imprimis crebrā incursionem, grassantemq; violentiam, cōgregati hominum cœtus eam peruagandi nocendique libertatem communibus auxiliis prohibituri quiq; sibi certos terræ limites, certos agros vendicauere, in quibus coadunatis tuguriis populariter habitare cœpere se muris ac fossis præmunire, legesque sibi & magistratus, vt pacate & ipsi inter se viuerēt eligere. Iam non ex rure, nō ex pecore solum, sed variis iuuentis artificiis, variisque laboribus vitæ emolumenta quærere: per mare colligatis ratibus quam longissime, deportandi primum colonias gratia, deinde mercandi, ire: iunctis equis curribus vti, æs in monetam signare, cultius, molliusque vestiri, humanius loqui, pacatus conuersari, splendidius vesci, magnificentius ædificare, per omnia iam mitiores cultores, prudentiores esse: agnatam barbariem feritatemque famosam sponte sua exuentes, à mutua cæde, ab humanarum carniū esu, a rapinis à publico & indifferenti matrum filiarumque cōgressu, talibus multis abstinuere: Rationi & viribus iam innitentes, terram, quę tota tūc opacis syluis, nocētibus bestiis & stagnentibus vndis, humano incolatui inconueniens, deserta, horrida, omninoque inculta & infrequens iacebat: industria & labore à saxorum salebris, ab arborum truncis, à superfluis vndis expurga-

Securitas & libertas.

Cōgregati hoīes primum

Varia mortaliū studia & inuenta.

Hoīes cultiores facti.

uere, planauere, & totam fœcundam, spectabilémque fecere: Campos aruis: colles vinetis adaptauere, sarculo proscissos frumentum atque vinum largiter producere instituere qui grauate prius glandes syluestriaque poma dedere, valles irriguis pratis hortisq; amœnissimis decorauere, suprema montium syluis relicta: adeo omne solum fructificationi assignauere, vt quod lignationi populationíque satisfaceret, superesse vix passi sunt. Loca ad hæc omnia frequetissime incolere cœperunt, passim ædificare, ex modicis pagis amplissimas vrbes, ex villis pagos, in excelsis montibus arces, in vallibus deorum templa struere fontes vt salubriores, vtque delectabiliores essent, cæsis marmoribus complexi sunt, circum circaque consitis arboribus amœnissime obũbrauere, à quibus in vrbes salientem aquam per cannales latentésque siphones quam longissime deriuauere: vbi naturaliter deerat, defossis in terrã puteis profundissime quæsiere: torrentis impetuosaque flumina, quę fræquẽter prius pro libido in maximam interdum accolarum pernitiem expatiebantur, obiectis aggeribus coercuere: atque vt transuadabilia, nihiloque negotiationibus humanis obstantia essent, immissis in imum palis aut arcubus eductis, validissimos põtes super imposuere, In mari scopulos, à quibus nauigantes periclitari solebãt, vt plurimum deiecere, Insulis & continenti solo portus multos fecere, ac in quibus admetæ naues à ventorum flatibus secure quiescerẽt, naualia stationésq; amplissimas affodere: adeo omnia per terram per mare excoluere, elaborauerẽq;, vt terra ipsa ad priscum eius situm, naturalémq; squalore hodie cõparata, alia esse credi possit, quam quę olim fuerit, deliciosissimo huic orto certe haud multũ dissimilis, ex quo propter diuini præcepti trangressionẽ infelices protoplasti Adam & Eua eiecti sunt. Præterea multas ingeniosissimas disciplinas, multas artes inuenere homines quib⁹ per excogitatas etiam varias literarum notas libris tabellísque (vt ad posteros peruenirent) demandatis, sese extra mortalem cõditionem in tantũ vindicauere, extulereq;, vt indigetum deorum beatissimã vitam iam cõsequuti videri posuissent. Si nõ mundi prin-

Terra vberior facta & cultior.

Terra paradiso ęquata.

Homo ex tra morta lẽ conditionẽ sese vindicauit.

Mali demonis inuidia homo pessun datus.

Ver⁹ de⁹ obliuioni datus.

Pluralitas deorũ inducta.

Vbi locorũ quiq; deorum magis culti.

ceps iniquissimus Sathan superseminata pestilentissima Zizania integrum & felicem hunc statum confudisset, qui vt homines & numero succrescere cognouit, & melius in mundi delitiis iam habere, inuidia permotus, teterrimis omnis generis sceleribus primũ sibi obnoxios factos, mox futurarum super cœlestiumq; rerũ curiositate affectos, per obscuras oraculorum ambages, iniecta superstitione atq; timore, deorũ dearúmq; profanam culturam (vt vnius viri singulis dei cognitionem aboleret, mortaléſq; ipsos aliquo insigni malo afficeret) edocuit: hic Delphica, illic Euboica, alibi Nasamonia addita, Dodoneasq; quercus maligna inspiratione resonare facit: quibus in Latio Saturno, in Creta Ioui, Iunoni in Samo, Baccho Thebis & in India, Isidi Osyrique in Aegypto, in Ilio Vestę, in Aphrica iuxta Tritonem Palladi, Mercurio sub Teutatis nomine in Gallia & Germania, Mineruæ Himetto atq; Athenis, Apollini Delphis, in Rhodo, Chio Parata Liciæ, in Troade, & Tymbra: Dianæ in Delo & Scythia: Veneri in Cypro, in Papho Gnido Cythiraq;: Marti in Thratia, Vulcano in Lippara & Lemno, Priapo in Lampsaco Hellesponti, aliisq; multis in multis aliis locis (quarum adhuc nomina ob præclarissima inuenta & beneficia popularibus suis collata, in recenti memoria erãt) diuinos honores fieri exitatauit: Deinde etiam postquam Christus Iesus verus dei omnipotentis filium assumpta carne apparuisset, aque erranti modo rursus verum æternæ beatitudinis iter ostendens, verbo & exemplo ad patris sui cœlestis gloriam, ad bene beateq; viuentum hortatus esset, missisq; in orbem vniuersum discipulis, salubri illorum prædicatione nefandissimos superstitionis ritus damnasset, religionem nouem, nouaqꝫ saluberrima vitę instituta promulgasset, & iam eo quidem deduxisset, vt ipsis ab omnibus in orbe gentibus receptis, ad veram felicitatem desyderari vlterius potuisset nihil, Ipse Sathan in genuinam militiam reuersus, curiosa hominum pectora, quæ destituere coactus fuerat, iterum circum veniens, quędam in priorem errorem reduxit, quædam nouis hæreticis opinionibus adeo corrupit, adeo excæcauit, vt multo melius ipsis

Christus Iesus ab errore vindicauit.

Malus dęmon iterũ hoĩ insidiatus.

fuiſſet, ingreſſam ſemel veritatis viam quodammodo ignoraſſe, quam ſic temere, ſic malicioſe dereliquiſſe. Obſeruant hodie diuinoq; honore quam deuotiſſime proſequuntur Aſiæ minoris, Armeniæ, Arabiæ, Perſidis, Syriæ, Aſſyriæ, Modię: & in Aphrica Aegypti, Numidiæ, Libyæ, Mauritaniæ: In Europa totius Græciæ, Myſiæ, Thraciæ Turcici nominis gentes omnes, Chriſto abiecto, Epilenticum Mahometum & illius veſanũ dogma. Scythiæ latiſſimi populi, qui Tartari hodie vocantur, pars Imperatoris ſui Chami idola, pars aſtra, pars etiam vnum deum ex apoſtoli Pauli doctrina veneratur. Indiæ ac Aethiopiæ gẽtes, quę prębytero Ioanni parent, Chriſtianam pietatem tuentur, ſed inſtituto longe à noſtro diuerſo. Synceram orthodoxámq; Chriſti fidem, qua gratioſe olim orbis vniuerſus illuſtratus fuit, Germani retinemus, Itali, Galli, Hiſpani, Angli, Scoti, Hyberni, Daci, Liuonii, Pruſſii, Poloni Hungari, & inſulares Rhodii, Siculi, Corſici, Sardinii, paucíq; alii. Effecit acerbiſſimus humani generis hoſtis hac nocte inducta morum diuerſitate, hac ſacrorũ & rituum perdita damnoſaq; ſuperſtitione, vt dum vnaquæq; gens deum, religioſe colit, quemq; præ ſe fert verum ſummumq; eſſe, dum ſe rectam æternę beatitudinis viam ambulare, cæteras vero omnes per deuia, per abrupta oberrare magnis rationibus contendit, dũque vnaquęq; ſectam ſuam longe lateque propagare & extendere nititur, ſeſe mutuo tantis inimiciis tantis odiis habeant proſequãturque, vt ad externas hodie nationes peregrinari non ſolũ non ſi tutum ſed fere omnino prohibitum & occluſum: vnde fieri perſuaſum mihi habeo, vt dum vicinarum gentium nomina vicinis gentibus vix cognita ſint, pro mendaciis hodie repudientur quæcumq; de ipſis, aut ſcribantur aut referentur: quorum cognitio tamen adeo dulcis, adeo vtilis, glorioſaque ſemper reputata eſt, vt clare non ob aliam cauſam quam alius amore atque deſiderio pleróſq;, relicto natali ſolo, relictis charis parentibus, coniugibus, liberis & amicis relicta, quod magis eſt, propria ſolute, cum maximis difficultatibus, periculis, curis, anguſtiis vt aliquid experirẽtur remotiſſimas transmarinas in-

Gentes Mahometanæ.

Idolatræ Scythæ.

Schiſmatici.

Teri Chriſtiani.

Diſcordię oĩs ſeminariũ cultus diuini diſparitas.

Cognitio externarũ rerum iucunda & vtilis.

terdum assumpsisse peregrinationes: vt compertum habeamus non hac tempestate nostra solum, verũ ab exordio fere mundi omnes per quam maximæ autoritatis, prudentiæ, eruditionis ab omnibus existimatos in Reipublice (pacis & belli tempore) magistros, cõsiliarios, iudices, censores, administratores, duces publico consensu electos ascitósq; esse, qui ad remotas terræ oras aliquando profecti multorum mores cognouere & vrbes: quemadmodum Græciæ atque Italiæ priscos illos philosophos, Socratem Socraticam, Platonẽ Academicam, Aristotelẽ Peripateticam, Antisthenẽ Cynicam, Aristippum Cyrenaicam, Zenonem Stoicam, Pythagoram Pythagoricam, tantas sectas, tantamque discipulorum frequentiam instituere conciliaréq; sibi potuisse conspicimus: quemadmodum veteres quoque legumlatores Minoim & Rhadamantũ Cretensibus, Orphea Tracibus, Draconem Solonemq; Atheniensibus, Lygurgũ Lacedæmonibus, Mosen Iudęis Zamolxim Scithis, aliosq; multos popularibus suis præscriptas sacrorum cærimonias, ciuilésque disciplinas ferre potuisse videmus: Quod non à se intra patrios muros eas excogitasse, sed à sapientissimus sęculi hominibus Chaldæis ipsis, Magis, bragmanis, gymnosophistis, & ab Aegyptiorum sacerdotibus, cum quibus, aliquãdiu conuersati essent, deportasse scirent: quemadmodũ postremo præstantissimos heroas Creteum Iouem, qui quinquies terrarũ orbem perlustrasse prædicatur: Pari quoq; studio successúq; eius duos filios Dionysium cognomento Bacchum, & fortissimum Herculem æmulúmq; illius Thesea, Iasonem cum cæteris argonautis, naufragum Vlyssem, & ex Troia profugum Aeneam, Cyrum, Darium, Xerxem, Alexandrum magnũ, Hannibalem Pœnum, Mitridatem Ponti regem, quinquaginta nationũ linguis loqui peritum. Antiochum magnum, innumerósque Romanorum principes, Scipiones, Marios, Lentulos, Pompeium magnũ, Iulium Cęsarem, Octauianum, Augustum, Constantinos. Carolos, Othones, Conrados, Henricos Federicos, per factas à se in exteras nationes bellicas expeditiones, immortalem hanc gloriam sempiternamque memoriam

Prisci gręcię philosophi vnde philosophiã & gloriã auspicati.

Primi legũlatorũ vnde autoritatẽ cõsequuti Sapiẽtes sęculi.

Præstãtissimi Heroes vnde militarẽ gloriã obtinuere.

comparare potuisse cognoscimus. Quapropter cũ tanta sit ingentium earundemq; morum cognitione voluptas, tanta vtilitas, cumq; omnibus remotas terras adire inuisereq, ob plurimas causas non concedatur, non liceat etiam, velis suauissime mi lector conscriptos in hoc libro celebriores gentium mores, celebrioráqꝫ in quibus habitant loca, non minori alacritate promptitudineq; legendo amplexari & cognoscere, quàm si te per manus regionatim circumducens fidelissime, quo instituto, & quo in loco, vnaquæque gens vitam egerit hodieq; agat, & ore ad os referrem, & ad osculũ digito demonstrarem. Non moueri, non auerti velis, quod à rigidiori censore mihi obiici, exprobraríqꝫ possit, rem me peruetustissimã, & plus quam à mille autoribus antea pertractatam, etiam, non aliis quam eorum verbis, nunc pro meo, proque nouo aliquo attulisse: verum institutum meum diligẽtius introspiciens cognoscas, me tam ex ingenii mei, quàm librorum meorum thesauro aut vulgari, tibi (ceu liberalis hic Paterfamilias, cui in euãgelio Christus omnem scribam doctum comparauit) dilecto hospiti nõ aliena modo & vetera, sed mea etiam & plurima noua exibere. Vale, & quicquid est: boni consule acceptumq; habe.

peroratio

Veniam precatur.

DE ORIGINE HOMINIS OPINIO THEOLOGORVM VERA.

CAPVT I.



IVINA maiestas, cum cœlum, & hanc vniuersi faciem, quæ ab ornatu & eleganti forma mundus appellata est, ac omnia quæ illius ambitu cõprehenduntur, quinto creationis die absoluisset, sexto hominem masculum, vt esset, qui illis & præesset & frueretur, nobilissimum animal fecit, vnum omnium animantium quod cælestem mentem sortitum est. Illi, quod ex rubentis terræ vena fieri contigisset, Adami nomen dedit: tum mulierẽ ex dormientis Adæ latere deprompt am, ne solus esset, illi in sociam & coniugem commisit: simulq; in amœnissimã terræ partem constituit, fluminibus quaq; versus irriguam. Locus à viridante facie, hilariq; aspectu παραδεισος est Graia voce appellatus. Prima beatissimam vitam agere, malorũ omnium expertem, terra sua sponte ferente omnia. Cæterum lege aberrantes amœnissimo incolatu, sedeq; illa beatiore depulsi, solũ flebiliter vertere. Cohibita deinceps & tellus est, cum nihil vtro ferret amplius, per sudorẽ & erumnam vitã agere: subiicit inde moribus, tentaréq; cœperunt frigora & æstus humana corpora. Cainus primo ex his genitus, secũdo loco Abelus: & tum multi alii: ita adolescente mundo quum iam terra frequẽtius coleretur, quo maior humanarum gentiũ vis erat, eo magis vitia inualescere, vitaq; in peius labi, iniuria pro innocẽtia haberi cæpta est, pro pietate, numinis contẽptus: eoq; scelus ipsum processit, vt deus (vix Noe vno mortalium iusto reperto, quem propter hoc cum domo sua seruari voluit vt esset per quem humanum genus ex integro reparari posset) cataclysmũ immiserit, qui inundãs omnem terram

Mundus vnde appellatur.

Primorũ parẽtum origo & appellatio Adamus.

paradisus

Fertilitas terræ cur cohibita.

Protoplastorũ vita. Cainꝰ primogenitus.

Cataclysmus.

vna clade omnia animantia, quæ tunc in terris fuere, præter admodum pauca, quæ mystica nauis tuebatur, cum volucrib9 etiã extinxit. Post quinos deinde menses, quibus ea inundatio sæuit arca, in armenis montibus descedit: Noe cum suis in terram egressus, mortale genus breui tempore, propitio numine, reparauit: & vt rursus omnis terra incoleretur filios, nepotes, ac pronepotes, alios ad alias rerrarum oras velut in colonias habitatum misit. In Aegyptũ (vt Berosus habet) cum Coloniis Chami Esennium. in Lybiam & Cyrenen Tritamem, & in totam reliquam Aphricam Iapetum priscũ, Atalaa in Asiam orientalem misit Gangem, cũ aliquot ex filiis Comeri Galli, in Arabiam fœlicem Sabum cognomine Thuriferum. Arabum pręfecit Arabiæ desertæ, & Petreium Petreię: Canaam posuit in damasco vsque in extima palæstinæ, In Europa regem Sarmatię fecit Tuisconem à Tanai ad Rhenum flumen: iunctique sunt illi omnes filii Istri & Mesæ cum fratribus suis ab Adula monte vsque in Mesemberiam Ponticam: sub quibus tenuerũt Tyras Archadius Emathius, Italiam, Comerus Gallus. Samotes possedit Celtas, & iubal celtiberos. Fuit breuis illa & immatura filiorum alienatio à progenitoribus (quorum viuendi ritus & mores nondum adhuc satis imbiberant) omnis diuersitatis quę sequuta est, causa. Chamus siquidem ob ludibrium, quo patrem habuit, cum vxore & liberis profugere coactus in ea Arabiæ parte consedit, quæ ab eo postea nomen sortita est: posteris nullum sacrorũ ritum tradidit, cum nullum à patre accepisset. Vnde factum, vt cum procedente tempore alii post alios ex ea terra rursus velut in colonias missi, diuersa mundi loca tenuissent (creuit enim supra modum abdicata soboles) quidam in errores inciderint inextricabiles: lingua variata est, cognitio veri dei, & omnis cultus periit. Adeoq; quidã inculto & barbaro modo, vt audies, vitam duxere: vt quid differentiæ inter eos & syluestria animalia extiterit vix videas. Qui in Aegyptum transiere cælestium luminũ motum pulchritudinémq; mirati Solem & Lunã, velut certum ipsis nummũ inesset, pro diis colere cępere, Isidem hanc, illum Osyrim nominãtes. vitali spiritui etiã

Diluuiũ quandiu durauit.

Noe propagatio.

Noe filios ac nepotes habitatũ transmittit.

Vnde morum & linguę diuersitas orta.

Chami inmaturum exilium.

Hoïes à brutis nõ differebãt.

Sol & Luna diuinos honores consecuti.

ſub Iouis appellatione,ſub Vulcani igni,ętheri ſub Palladis ſub Cæteris telluri,aliiſq; ſub aliis nominibus diuinos honores tribuere. Nec tenebræ illæ rerum tantũ in Aegypto ſtetere,ſed quaſcunq; à principio tenuerũt à Chamo procreari,verę pietatis ignorãtia ſimul & infanda ſeruitus cœpit. Cęterum nulla vnquam tellus plurium fuit coloniarũ mater,quam Arabiæ pars,illa,quã is cum ſuis inſedit,tantam humani generi cladę intem peſtiuum vnius attulit exilium. Contra Semi & Iaphetis prognati,legitime à maioribus inſtituti,modicis finibus contẽti,haud tam late,vt illi, ſunt per omnes terras euagati. Quo accidit,vt veritatis ſtudium , pietatis dico & veri dei cultus apud vnam dumtaxat gẽtem ad Meſſiæ vſq; tempora in occulto permanſit.

Arabia multarũ coloniarũ mater.

Semi & Iaphetis prognati.

Quare veri dei cultus apud tam paucos permanſit.

¶ De Origine hominis opinio Etnicorum falſa. CAPVT II.

VEteres vero illi Philoſophi, qui præter veri numinis cognitionem,ante multa ſæcula naturã & hiſtorias tradiderũt,de hominis origine aliter ſenſerunt. Quidam enim mundum ingenitum & incorruptibilem,& gen⁹ humanum ab æterno extitiſſe,neq; habuiſſe ortus principium credidere. Quidam genitũ corruptibilémq; arbitrati,& homines dixerunt generationis initium tempore eſſe ſortitos. Nam à rerum primordio & cœlum & terram vnicam habuiſſe ideam immixta eorum natura. Exinde diſtinctis inuicem corporibus cœpiſſe mundum,hunc ordinem,quem videmus. Aërem quidẽ motum hunc continuum ſortitum: & igneam partem eius ſuperiora loca,propter leuitatem,appetiſſe. Eadem cauſa ſolem aſtraque cætera curſus ſuos ſortita . Quod vero humori mixtum,eodem ſtetiſſe in loco,propter grauitatẽ, quæ cum mixta eſſent, ex humidis quidem mare affectum, durioribus vero terram lutoſam euaſiſſe , & omnino mollem . Hæc primum quum ſolis ardore dentior euaſiſſet eius poſtmodum ſuperficie vi caloris tumefacta, multis in locis mores quoſdam eſſe concretos: in quibus putredines tenui contecta pellicula ſint excitatæ, quemadmodum in paludibus Aegyptiis & ſtagnis accidere videmus: quum frigidam terram ſubito æſtus

Philoſophorum de mũdo duplex opinio.

Leuia ſuperiora grauia inferiora appetiſſe.

Animantium naturalis creatio.

Aegypti fœcundi tas.

aëris calefacit: tum vero in humidis calore adhibito generatio fiat: & noctu quidam circunfusus aër humorem præstet, qui in die solis virtute consolidetur: tandem putredines illæ ad summum perductæ adueniente veluti partus tempore exustis confractisque pelliculis omnis generis educunt animantium formas, quorum ea quæ maiorem calorem sortita sunt, in superiorem regionem volatilia effecta abierunt; quæ vero plus tarræ continebant, serpentia, aliaque terrestria euaserunt animãtia, Naturam aquosam nacta in sui generis elementum delata sunt: & pisces appellata. Terra deinceps, tum solis ardore, tum ventis indies magis arescens à gignendis maioribus animalibus desiit: sed quæ generata erant mutua commixtione alios animãtes procrearunt. Eodem quoq; modo & homines à principio genitos dicunt. in agris pastum quærentes syluestri & incognita vita vixisse: quibus herbæ & arborum fructus vltro victum præberent. Beluas insuper iis fuisse infensas, quibus vt obsisterent, cœtus hominum ob timorem factos aiunt communis vtilitatis gratia, auxiliaque inuicem præbita, & loca habitaculis quæsita: sonus oris cõfusus cum esset, paulatim discreuisse vocem aiunt, & res omnes suo nomine appellasse. Verum quũ diuersis siti essent in orbis locis, non eisdem vsos verbis ferunt propterea & diuersos literarum caracteres extitisse. Primosque hominum cœtus suæ quenq; gentis initium fuisse. Verum primi homines nullo subsidio fulti, duram agebant vitam quum ignorarent agrestes fructus in vsum futurum condere, & ad egestatem seruare hinc fiebat, vt hyeme plurimi, aut fame, aut frigore interirent. Experimento deinde eductos & speluncas aiunt quæsisse, ad euitandam frigoris vim, & fructus seruare cœpisse. Ignis ad hæc noticia, cæterarúmque vtilium rerum præcepta: & cæteras quoque vitę hominum commoditates breui tempore esse adinuentas. deniq; necessitatem ipsam rerum magistram factam, singulorum peritiam ingeniis mortaliũ subministrasse, quibus coadiutores datę sunt manus, sermo animíq; præstantia. Et illis, qui eam hominis originem fuisse persuasum babuere, & non ad diuinã retulerunt proui-

Primorũ hominũ in cultu vita. Primi homines à beluis infestati.

Diuersitas linguarum vnde facta.

Homines periculo prudẽtes facti

Magistra rerum necessitas.

Aethiopes oĩm mortaliũ primi.

dentiam. Aethiopes omniũ, mortaliũ primos fuiſſe dixerunt. Hac coniectura vſi, quod Aethiopicum ſolum ante oẽs terras ſyderis propinquitate intepeſcere cœpiſſet, quum terra eſſet ab initio vliginoſa: quo contingit, vt ex prima illa humoris caloriſq; temperie homo ſit ipſe genitus atque eam terram in qua naſci contigiſſet, libentius tenuerit, quã diuerſam vllam, quum ignota adhuc eſſent omnia quęſiuerit. Ibi ergo exordientes, vbi prius paucula de Aphrica vna triũ partium, in quas totus terrarum orbis, & hic liber noſter partit⁹ eſt, prędiximus: de Aethiopiæ ſitu & eius gentis moribus primum, tum ſingularum regionum, & gentium per ordinem, qua poterimus diligentia, referemus.

Captatio beneuolẽtiæ à dicẽdorũ propoſitione

Terra in partes tres diuiditur.

¶De terræ ſitu & partitione Cap. III.

MAiores noſtri, vt refert Oroſius, totius terrę circulum Oceani limbo circunſeptũ triquetrę eſſe figuræ ſtatuere, eiuſq; tres partes, Aphricam, Aſiam & Europam. Aphricam ab Aſia diſterminat Nilus qui à meridie in Aethiopiam diffunditur, & Aegyptũ perlabens ac mirabili fœcunditate irrigans, oſtiis nõ minus ſeptem mari infunditur. Europã ab aphrica diuidit mare mediterraneũ, quod ab occidentali oceano circa gades inſulã & colũnas Herculeas, non amplius decẽ millibus paſſuum patens, terras aperit atq; intrat, ait Pomponius Mela. Aſiam ab Europa Tanais fluuius ſeparat à ſeptentrione in mediã fere paludẽ Meotidẽ defluens: cum Ponto reliquum Aſię ab Europa diuidit. Aphrica ab orientis parte Nilo, cæteris partibus maris terminata. Europa breuior, vbi mare attingit latior: vnde in iuga exurgens, pergit in curua ad occaſum, faſtigiatq; ſe molliter, & fit paulatim adductior: vbi finitur anguſtiſſima eſt. Quantũ incolitur fertilitate prȩſtat. Verũ maxima inculta eſt, & vel ab harenis ſterilib⁹ obducta, vel ob ſitũ çœli deſerta, vel multo ac malefico animaliũ genere infeſta. Mare quo a ſeptẽtrione cingitur Libicũ vocatur, à meridie Aethiopicũ, ab occidente athlanticũ. A quatuor nõ ampli⁹ nationib⁹ ab initio Aphricũ ſolũ incolebat, quarũ duę (ſic ſcribit Herodotus) indigenæ ſunt: totidẽ alienigenę. Indigenę quidẽ Pœni atq; ęthiopes quorũ alteri ad aquilonẽ Aphricæ, alteri ad auſtrũ

Aphrica ab Aſia diuiditur.

Europa ab Aphrica diuiditur.

Aſia ab Europa diuiditur.

Africę ſitus qualitas & gentis.

Aphricę incõmoda. Quatuor Africę latera.

Indigenæ Aphricæ gentes.

incolunt. Aduenæ vero Phœnices & Græci Vetustiores. AEthiopes, necnō & Aegyptii, si vera sunt quę ipsi de se prædicant, asperi & inculti ab initio: ferinæ carnes herbęque, veluti pecoribus, vulgo cibus fuere: neq; moribus neque lege, neque imperio vllo vsi: vagi temereque palantes, nulla certas sedes habuere: vbi nox oppresserat, ibi corpora quieti dabāt. Postea vero ab Hercule, qui & in eam terram colonias deportasse dicitur, mitiores cultioresq; facti, ex iis nauibus quibus in Libyam transfretauerūt tuguria fecerūt, & cōuenire cohabitareq; cœperunt. Sed de his plura postea dicemus. Inæqualiter terra Aphrica colitur, ad meridiē plurimū ob nimios æstus deserta contra qua Europā spectat frequentior illi cultus. Eximia & propemodū portentosa agrorum feracitas, vtpote qui locis quibusdā cētesimo fœnore reddant cultoribus messem, Mirum est, quo de Moritaniæ vbertate dicitur: esse in ea vites quas duorū hominum cōplexus capere nō possit, vuarū racemos cubitales, Staphilini, Hippomaratri & corduorum scapos duodenū cubitorū, enormi crassitudine calami, Indicis similes, quorū nodi octo capiant modiolos. Asparagos ab hæc videri haud minus notabili magnitudine, Arbores circa Atlantem proceritate insigni enodi, nitore folio cupressi: sed omnium nobilissima citrus Romanis delitiis inserta. Alit & Africa elephantos & dracones, qui ipsis beluis insidiantur, suoque complexu enecant: leones, bubalos, pardales, capreas, &, simeas, quibusdam locis supramodum frequētes, Sunt & camelopardales, rhizes tauris similes: Herodotus cornutos asinos ibi nasci autor est dracones insuper, hyęnas, histrices, agrestes, arietes, thoas ex hiæna & lupo genitas pātheras, ciconias, pigardos, sthrutios, & prętcr multa serpendum genera Ceratas & aspidem, cui pesti Icneumonem minimum animal opposuit natura.

Aduenæ Africæ gentes

Aphri ab Hercu. cultiores facti.

terræ afr. qualitas.

Portētosa Africę feracitas.

Maurit. vbertas.

Africæ mirabilia

Quæ animalia in Afrinascantur.

De Aethiopia, & gentis eius priscis moribus CAP. IIII

Aethiopia duplex. dicitur hodie India.

AEthiopia duplex regio est Asiæ & Africę: altera quę & hodie India dicitur, ad orientem solem rubro & Barbarico mari alluitur, ad septētrionem Libyæ

& Aegypto contigua, ad occasum interiorẽ habet Libyã: ac reliqua parte qua austro iacet obuersa, alteri iũgit AEthiopię, quæ maior est & australior· sic appellata ab Aethiope Vulcani filio, dui illi pfuit, aut Pli. ait, vel a græco ἄιθω cremo ὄψ aspectus, quod solis vicinitate torreat. Est enim iugis ęstus. Quicquid eius est, sub meridiano cardine est. Montuosa est circa occiduũ; arenosa in medio, ad orientẽ deserta. Plurimas habet gentes diuerso vultu & mõstruoso, specie horribiles. Primi omnium mortaliũ credũtur, verissimiq; indigenę, seruitutem nunquã experti. Semper gẽti libertas incolumis mansit. Primo deorũ cultũ apud eos institutum memorant, primasq; sacrorũ cærimonias. Duplicẽ literarum vsum, vt quæ sacræ dicerẽtur sacerdotibus duntaxat notæ essent. Alterũ earũ, quæ vulgo paterant. Fuerunt tamen literarum figuræ haud tales, vt ex illis syllabę coalescerent, sed animantibus extremisq; hominũ partib⁹ variisq; instrumentis, artificumq; perquã similes, singulisq; sua inerat figuris significatio: Vt in accipitre celeritas, in Crocodillo malũ, custodia in oculo, sicq; aliæ in aliis. Ex sacerdotibus, quẽ phanatico cursu circũferri viderint, omniũ sanctissimũ iudicant. Quẽ vbi Regem creauerint, veluti numen insit, aut sit ad minus diuina prouidentia eis datus, vulgo adorant, vitam is agere statutam legib⁹ debet omniaq; facere iuxta patrios mores. Neminẽ neq; pręmio neq; pœna afficere. In quã autem animaduersum volet, lictorẽ signũ mortis habentẽ ad eũ mittit, quo infecto, cõfestim, quisquis ille est domum reuersus, sibi mortẽ cõsciscit, Tantus regibus honor, tantumq; studiũ ab his tribuebatur, vt siquando aliqua corporis parte ex quauis causa debilitaretur Rex, domestici homines sponte sua candẽ partẽ debilitarẽt: turbe existimantes, Rege claudo aut monoculo, & non amicos omnes claudos aut vnoculos esse. Ferunt quoq; consuetudinis esse amicos vltro in regis morte vita defungi, existimantes eum interitum gloriosum, veræque amicitię testẽ. Plures syderis propinquitate nudi agunt ouilis caudis pudenda obtegunt, pauci omnino pecorum vestiuntur pellibus. Alii subligacula capullis con

Qualitas æthiopiæ

Mortaliũ vetustissimi Aeth.

deorum cultus ab Aethio. ortus.

Literæ Aethio.

Rex ex sacerdo. eligi.

Obedientia Aeth.

Vestitus æthiopũ.

texta, ad medium corpus inducũt. Pecuariam rẽ vulgo exercent: pecora pusilla admodũ duri hirtique velleris Canes & ipsi nihilo maiores, cęterũ asperi & pugnaces Milii, hordeique frequens vsus vnde potũ etiã conficiunt: cæteris carent frugibus, præter palmulas, easque perraras. Quidam herbis victitant, tenuioribusque harundinũ radicib⁹, carnibus, lacte, caseo, vescũtur. Meroẽ fuit olim regni caput. Clypei figurã ea insula imitatur ad tria milia stadiorũ cũ Nilo protensa, Accolũt pastores eã, qui passim venãtur, & agricolę auri fodinas habẽt. Herodotus autor est, apud Macrobios Aethiopes æs pluris existimari, quã aurũ, cuius tã vilis sit vsus, vt Cãbisis legati eo profecti, fontes viderint aureis catenis in custodia vinctos. Quidem Sisamum, alii lotum serant. Habeno abundant, siliquastro: Elephantes venãtur & comedũt, Leones habẽt, Rinocerota, basiliscos, pardales, draconesq;, qui multiplici nexu implicitos elephantes haustu sanguinis cõficiũt. Hyacinthus ibi & Chrysoprasus reperiuntur. Colligitur & Cinnamomũ. Arcubus vtũtur quadri cubitalibus ligneis & perustis: instruuntur bello & mulieres, aquarũ plerę; oris labium ęneo traiectũ habent circulo. Venerãtur eorũ quidã oriẽtẽ solem occidentẽ diris supplicationib⁹ insectãtur. Mortuos nõnulli in profluẽtẽ deiiciũt, alii fictilib⁹ cõdunt doliis, quidã etiã vitreis cõditos domi in annũ asseruãt, religioseq; interim colũt, primitias offerũt Sũt qui tradãt Regẽ ab his potissimũ declarari, q̃ forma & alẽdorũ pecorũ peritia, roboreque, & opib⁹ cæteros antecellat. Fuisseq; ius olim, vt Memphiticis sacerdotibus mortis per internuntiũ Imperãdæ, alteriusq; inde mortui locũ, quũ, libitum esset. constituẽdi, Deũ alte immortalem credere, eũ qui rerũ sit princeps atq; vniuersi conditor: mortalẽ alterũ, eumque incertũ. Regẽ, vt dictũ est, & eum, qui de ciuitate meritus sit secũdum post Regẽ. vt deos venerantur. Et talis fuit ab initio, & iam ante multa secula Aethiopiæ status: hi genus, ritus, & mores. Hodie vero, vt se Marcus Antoni⁹ Sabellic. (ex quo maiorem partem eorum, quę hic, & in sequentibus a nobis dicuntur, accepimus) ab ipsis locorum illorum

Studiũ & exercitiũ

Meroem olim regni ęthiopici cap.

Aurũ apd ęthiopes ære vilius

Arma Aethiopum.

Religio Aethio.

Sacerdotũ æthio. autoritas.

Dii æthi.

Recẽtes ęthi. mores.

Ptoianes Giā, siue presbyter Iā Aethiopię rex:

indigenis cognouisse dicit: Aethiopiæ rex (quem nostri Prætoianem vocant ac sacerdotem Ioannem siue Ianem, illi Giam, id est potentem) tā potens est vt duobus & sexaginta aliis regibus imperitare prædicetur: magnorum Antistitū desyderia ad ipsum omnia referri atq; sacerdotia: impetrari, quod Roman⁹ pōtifex Regum Maiestati dedit Sacerdos tamen ipse non est, nec vllis sacris initiatus. Primorum Antistitū ingens numerus atq; cuiq; horū, vt minimū, vinginti obediūt episcopi: Principes atq; alios maioris dignitatis Antistites, quum in apertū exeūt, crux pręcedit & aureū vas terra refertum, vt hoc inspectū euntem suæ admoneat mortalitatis, illa dominicę passionis. Sacerdotes procreationis causa ducunt vxorem, quam si morte amiserint, nefas est aliā superducere. Magna diuorū templa, ac nostris opulētiora, plurimum fornicato opere ad summū educta. Multe piorum ordinum familie, Antonii, Dominici, Calaguritani. August. Macharei, Colore amiciuntur in discreto antistitū permissu. Secūdū deū optimū deiparamq; virginé. summa in his terris veneratio Thomę cognomento Didymo. Regū ille maxim⁹, quē Giam vocāt, a Dauide procreatus, stirpe vni⁹ gentis in tot ętates (vt ipsi persuasū habent) propagata. Estq; nō atro vt plurimi Aethiopum, sed candido colore Garama vrbs regia, quę non muris, nō parietibus cōstat, sed tabernaculis in ordinem digestis: ex serico, bisso purpura intextis, veteri instituto Rex in aperto agit, nec se intra mœnia plus biduo cōtinet: aut quia id turpe ducunt & molle, aut quod lege quadā nō liceat. Decies centum milia hominū ad bellū instruit quingentos Elephātos, equorū ad hęc, & Cameleorū ingētē numerū. & hęc vel mediocri rerū motu. Suntq; in tota gente familię stipēdiarię, ex quib⁹ orti, signo crucis velut cauterio insigni uutur, cute leniter incisa. Arcu in bello vtuntur, cōto, lórica, galea. Sacerdotiū in summa dignitate, Secūda dignitas sapientū; quos balsamatas & Tanquatos vocāt tribuitur etiam nō parū innocentię & probitati, quam primo sapientiæ gradu collocāt. Nobilitati terti⁹ habetur honos, sequūt stipēdiarii. iudices de vita hoīs decer-

Sacerdotes coniugati sunt

Thomæ apostoli i Aethiopia sūma veneratio

Regis Aethiopum potentia.

Armabellica Aethiopum.

nũt, decretũ ad prefectum vrbis deferũt; quem Lycomegiã vocãt: locum regis is tenet. Legibus nullis ex scripto vtuntur: ex bono & equo iudicant: si quis adulterii sit conuictus, quadragesima bonorum oĩm pars mulcta est: de adultera domestica vltio: illi quorũ interest puniunt. Viri doté constituunt iis, quas sibi matrimonio iungũt, non aliunde quærũt. Mundus muliebris ex auro, quo gens plurimum abundat, Margaritis & serico: viri & fœminæ vestitu vtũtur ad pedes demisso, manicato nec vspiã adaperto, indiscreto colore, preterquã nigro, qui in ea gente luctificus est. Defunctos lugent quadraginta dies Lautioribus conuiuiis secunda mensa crudę inferuntur carnes, quibus affabre cõcisis: respsisq; aro mate auidissime vescũtur. Lanificio carét, sericũ aut linum vestit totã genté: non vnus omnibus sermo, sed varia loquẽdi ratio, variisq; distincta nomnib⁹ Agriculturã exercét, & rem pecuariam, Bina messis est illis bina etiam æstas. Quicquid Lybicarum gentiũ ab Aethiopia hac seu India vsq; ad occidẽté solem, omnes Mahometis impietaté colunt, viuũtq; eodé fere cultu: quo & barbari qui in Aegipto sunt hodie. & Mauri appellãtur, ab ipsa vt creditur, Maurorum euagatione: nã ea quoque gens Lybyæ non minus infesta fuit quã Sarraceni: diris illis tẽporibus, quibus magna in humanis rebus facta est mutatio mores gentiũ, pietatis cultus, terrrarum nomina passim immutata.

Adulterii mulcta.

Dotem viri mulieribus cõstituunt.

Mahometus & in libya col.

De Aegypto & ritu gentis vetusto. Cap. V.

Aegypti denoĩatio & descrip.

AEgypt⁹ regio ĩ Aphrica, vel secũdũ aliquos, Aphricæ ꝓxima, ab Aegypto Danai fratre sic appellata, quũ pri⁹ Aeria diceret. Hęc teste Pli. lib. v. ab oriẽte rubro mari, Palestineq; cõiũgitur: ab ocaasu syrené & Aphricę residuũ habet: a meridie vsq; in Aethiopiã protẽditur. A septẽtrione mare Aegyptiũ. Ei⁹ insignes vrbes fuere Thebę. Abydos: alexãdria Babylõ & Mẽphis. Hodie Damiata & Soldani sedes ciuitas Chayr⁹ siue Alcyr amplissima. In Aegypto (vt Plato inquit) nũquã visum est plure, sed terrã ipsam Nili inũdatione quotannis post ęstiuale solstitiũ fœcũdari: a plerisq; inter insulas relata est, ita se Nilo scindẽ

te,vt triquetram terrę deliniet figurã,qui cõtingit ,vt a Gręcę literę similitudine,sit a multis Delta cognominata. Aegyptii omniũ primi duodecim deorũ nõia cõmẽti sunt aras & simulachra delubraque statuisse credũtur animalia in,saxis figurasse:que oĩa plane arguũt eos ab Aethiopibus esse oriundos,qui horũ omniũ fuerũt autores, vt tradit Diodorus Sicul⁹ Eorũ fœminę olim negotiari,cauponari,institoriaq; obire munera cõsueuerũt. Viri intra murorũ pariete texere, hi onera capitib⁹ gestare,mulieres humeris illæ stãtes micturire hi sedẽtes,domi vulgo ventrẽ exonerare, in viis comessari. Mulierũ nulla neq; dei cuiusquã,ne; deę sacerdotiũ habuit.Initiãtur nõ sigillatim cuiq; deorũ,sed gregatim: quorũ vnus est pontifex:vbi is defũctus est, filius eius subrogatur Mares liberi gẽtili instituto,parentes haud inuiti alibãt,cõtra cogebãtur filiæ etiã nolentes . Pleriq; mortaliũ in funere deglabrãt capita.barbam ꝓmittũt.Aegyptii promittebãt capillũ,& barbã tõdebãt:panẽ pedibus,lutũ manibus subigebãt.Horũ fuit (vt gręci persuasum habuere)& qui ab illis oriũdi sunt,virilia circuncidere. A dexter in sinistrã literas digerũt. Horũ meres binis vestibus vti moris fuit , fœminas singulis bipertitus literarũ vsus,profan⁹ hic,ille sacer,sed vterque ab Aethiopib. sumptus.Sacerdotes tertio quoq; die corpora rasitare, ne quid sordis, quũ sacra faciũt:intercurreret. Linea ferrevestimẽta, sẽper recens abluta, sas si mundiciæ gratia se circũcisos esse,quia sacius sit mũdos esse:q̃ decoros Vestẽ sacerdotes lineã tm̃ gestare,& calceos papyraceos.Fabã neq; ab eis seri, neq; alibi natam vesci.Sacerdotibus etiam illa videre prohibitũ, eo quod immundũ hoc legumẽ sit Lauãtur quotidie frigida aqua,interdiu ter,nocte bis.Hostiarum capita prius execrationib⁹ diris dãnata nõ mãducabãt,sed aut peregrinis negotiatoribus venditabat sacerdotes, aut si q̃ illa emerẽt,nõ affuissent,in Nilũ proiiciebant Boues mares,eosdẽque mũdos , ac vitulos vniuersi Aegyptii immolãt:fœminas immolare nõ licet,vtpote Isidi cõsecratas.Cibo e fratre,qđ quidã siliginẽ vocãt,cõfecto vi ctitãt. Vino vtũtur facto ex hordeo:desunt enim in ea

Aegyptii ab æthiopis. oriundi.

Aegyptię mulieres virorum,visi mulierũ munera.

Lugendi defũctos rit⁹ mir⁹.

Circũcidere viri lia a quibus incẽptũ.Sacerdotũ ægyp.mundicies,

Faba immundum legumẽ:

Vinũ ex hordeo.

regione vites. Victitãt quoq; tum piscib⁹, partim crudis ad solẽ arefactis, partim salsugine cõditis: tum auibus, sed earũ crudis prius tamẽ sale cõditis, coturnicib⁹ anatibusque apud locupletes: Eorum cũ multi cõuenerũt, & a cœna discessum est, circũfert aliquis in loculo mortuũ e ligno factũ, aut pictura & opere maxime imitantẽ, longitudine cubitali omnino, aut bicubitali: ostendẽsque singulis conuiuarũ ait: in hũc intuens pota & oblectare, talis post mortẽ futurus. Minores maioribus natu obuii in via cedũt atq; deflectũt aduenientibusq; e sedili assurgũt: qua in re cũ Lacedęmoniis cõueniũt: occurrẽtes mutuo se in viis adorãt manu genuten⁹ demissa. Vestib⁹ vt dixi lineis amiciunt, circa crura fimbratis, quas Casiliras appellãt super quas cãdida ferũt amicula alia tanquã superiecta. Laneę vestes neq; in ędes sacras gestãtur, neque vna cũ cadauere sepeliũtur. Nunc quoniã omnes, qui olim doctrina aliqua excelluere, quiq; aliis gentib⁹ leges & vitæ instituta pręscripserũt, ad Aegyptios prius, vt mores illorũ, leges & sapientiã (quibus tum oẽs terræ nationes facile anteibant) perciperẽt trãsiere: vt Orpheus, Poetaq;, Homer⁹, Musæus, Melãpodes. Dædal⁹. Lycurgus, Spartanus deinceps Solon Atheniẽsis, Plato philosophus, ac Samius Pythagoras, & hui⁹ discipul⁹ Samolxis, Exdox⁹ quoq; mathematic⁹, Democrit⁹ abderites, & Inopides Chius Moses Hebræus, atq; alii multi, vt in sacris eorũ libris cõtineri Aegyptii sacerdotes gloriãtur. Libet, conueniens etiã esse mihi videtur, illorũ viuẽdi ritibus diuti⁹ immorari, vt cognoscat, quid & quæ quisque illorũ ab his acceperit, atque alio transportauit. Nã vt Philippus Beroaldus super Apuleianũ Asinum scribit, pleraque etiam ex Aegyptiorum religione trãslata in religionẽ nostrã sunt, vt lineę vestes, derasa sacerdotũ capita, vertigines in altari, pompa sacrificalis, misicę modulamina adorationes, preces, aliaque id genus cõplura. Aegyptii Reges (vt scribit Diodorus Siculus libro secundo) vitam non aliorum regnantiũ more, quibus voluntas pro lege est, traducebãt licẽtia. Sed legum instituta in cogendis pecuniis quotidianoque victi sequebãtur.

mutua ad oratio in viis.

Lanearũ vestiũ cõtemptus.

Christiana nostra religio plæraque ab Aegyptiis mutuata.

Regũ Aegyptiorũ seruosq̃ les oportebat esse

Eorum cultui obsequioque nullus deputatus erat, neq; empticius, neq; domo genitus seruus, sed nobilium sacerdotũ filii, tum vltra viginti annos nati, dum doctrina præ cęteris eruditi, vt horum corporis ministrorum die noctusq; astantium cõspectu motus Rex, nil turbæ cõmitteret. Raro enim potentes rerum mali euadunt, vbi desunt suarum cupiditatũ ministri. Institutæ erant diei noctisq; horæ, quibus Regi, lege permissa, agere fas erat. Mane surgentẽ Regẽ primo epistolas omnes missas capere oportebat, vt cognitis his, quæ sibi agẽda essent, responso dato, singula in tempore exq; ordine recte agerẽtur. His actis, quum in virorum excellẽtium cætu lauisset corpus, vestem præclarã indutus sacra diis faciebat. Mos erat sacerdotũ principi iuxta arã hostiis deductis, astante Rege, magna voce audiẽte populo valetudinẽ prosperã, omniaq; bona precari Regi, iustitiã in subditos colẽti, narrare insuper particulatim Regis virtutes in deos pietatẽ ac religionẽ, in homines humanitatẽ seruantis, tum illum continentẽ dicere iustum, magniq; animi veracẽ, liberalẽ, omnesq; frenantẽ cupiditates, pœnas insuper mitiores q̃ postularẽt errantis crimina exigentẽ, reddẽtem vero gratiã meritis ampliorẽ: plura his similia orans, tandẽ his execrationẽ in malos exequebatur. Tum Regem culpa purgãs, omne crimẽ in ministros, q̃ regi iniqua suaderẽt, coniiciebat. Quib⁹ actis, sacerdos & regẽ ad fœlicem diisq; gratã vita hortabatur, & simul ad bonos mores, agendũq;, non quę suaderẽt mali, sed quæ ad laudẽ & virtutem maxime pertinerẽt. Demũ quum rex tauro diis sacra fecisset, sacerdos quædã ex sacris libris clarissimorum virorũ cõsilia, actaq; proferebat: quib⁹ rex monitus, Imperio pie ac iuste aliorũ exemplo vteretur. Non autẽ pecuniis cõgregandis, vacandi, iudicandiq; legib⁹ solum antiquis: sed deambulanti quoq; lauandiq; & cũ vxore cubandi, omnisq; degendæ vitæ tempus erat lege præstitutũ. Cibo vescebatur simplici, vt quorũ mensę nihil præter vitulum & anserem inferretur: vini putandi certa statuta erat mensura, qua neq; farciri ventrẽ, neq; inebriari possent. Deniq; ipsorũ vita ea tene-

Mos laudãdi Regesin tẽplis obseruatus.

Criminũ Regis expurgatio

Cibus ægy. simplex.

batur modeſtia, vt non a legiſlatore, ſed a peritiſſimo medico ad conſeruandã ſanitatem cõpoſita videretur. Mirabile videtur Aegypti, nõ ex voluntate, ſed ex lege vitam priuatã agere: ſed multo eſt mirabilius illis, neq; iudicandi, neq; pecuniam congregandi, neq; puniendi quenquã per ſuperbiã aut iram aut aliã iniuſtã ob cauſam, licentiã permiſſam. Sed veluti priuatos teneri legibus, neq; id ægre ferebant, exiſtimantes parendo legibus ſe beatos fore. Nam ab his quis ſuis indulgerent cupiditatibus multa cenſebant fieri, quibus damna periculaq; ſubirent. Scientes enim ſæpius ſe peccare tamẽ aut amore, aut odio, aut alio animi morbo victi nihilominus aberrent. Qui vero ſapiẽtia conſilioq; vitã inſtituũt, in paucis offendũt. Hac vſi erga ſubditos iuſtitia Reges omnium beneuolentiã adeo aſſecuti ſunt, vt non ſolũ ſacerdotib. ſed ſingulis Aegyptiis maior Regis quã vxorũ filiorumq; aut aliorũ principum, ſalutis ineſſe cura. Vita vero his moribus defunctũ, oẽs cõmuni mœſticia lugent, veſtes lacerãt, templis clauſis forũ nõ frequentãt, feſta ſolẽnia non agũt, dies ſeptuaginta duos luto deturpãtes capita, ac ſindone ſubtus mãmas cincti, vna viri glulieresq; ducentiferme aut trecẽti circumambulãt his in die nouantes luctũ, atq; ad numerũ cũ cantu, virtutes regis cõmemorãtes, Cibis animantiũ coctiſq; ac vino oĩque mẽſę apparatu abſtinẽt. Non lauacris, nõ vnguẽtis, non ſtratis lectis, nõ venereis vtunt ſed tanquã defuncto filio per eos dies mœrẽtes lugent. Hoc tẽpore quæ ad pompã funeris ſpectãt præparatis, poſtremo die corp⁹ in arca conditũ ante ſepulchri aditũ ponunt. Ibi breuiariũ in vita ab rege geſtorũ de more recitãt, volẽtique facultas datur defunctũ accuſandi Aſtant ſacerdotes, mortui recte facta laudãtes: popul⁹ is permagn⁹ eſt, qui exequias circũſtat applaudẽs veris laudib⁹, in reliquis magno reclamãs tumultu. Quo accidit, vt pleres reges repugnãte multitudĩe, ſolito caruerint ſepulchri honore ac magnificẽtia. Is timor coegit Aegypti reges iuſte viuere, veritos futurũ poſt mortẽ plebis iram, atq; odium ſempiternum. Antiquorũ regũ viuẽdi mos hic maxime fuit. Aegypto omni in plures

Luctus in regũ morte.

Aegyptiorum regum feneratio.

Quid coegerit ægy. reges iuſte viuere.

partes, quarũ quælibet Gręco verbo nomos appellabatur, diuisa: cuilibet prætor aderat, q omniũ haberet curam. Aegypti vectigalib⁹ trifariã partitis, priorẽ portionẽ percipit collegium sacerdotũ magna apud incolas autoritate, tum propter deorũ curam, tum propter doctrinam, qua plures erudiũtur. Hanc partem tum ab sacrificiorũ ministeria, tum ad priuatæ vitæ commoda impertiunt: neq; enim deorũ cultum omittendũ putãt, neque publici cõsilii vtilitatisque ministris æquũ censent vitę cõmoda deesse. Adsunt enim grauibus in reb⁹ hi semper cõsilio atque opere regib⁹, tum astrorum peritia, tũ vero sacrificiis futura prędicẽtes. Ex libris pręterea sacris priorũ gesta referunt, quib⁹ reges in agendis noscãt quæ sint pro futura. Non enim, quemadmodum apud Græcos vnus homo, aut vnica mulier sacris præest, sed plures in cultu deorũ honoreq; versantur, q eandẽ sacrorum curã filiis tradũt. Hi omnes immunes sunt, secundumque post Rges honoris dignitatisq; locum tenent. Altera portio ad Reges peruenit, quẽ & ad bella & ad vitę cultũ, tum ad liberalitatẽ erga strenuos viros pro meritis impẽdunt. Qua ex re fit, vt populares nullo grauẽtur tributo. Tertiã percipiunt milites, & q belli sunt instituti ministerio, vt hoc stipendio accepto paratiorẽ habẽt animum ad bellorũ pericula obeunda. Est insuper eorũ politia in tria homnũ genera instituta Agricolarũ, pastorũ, & opificũ. Agricolæ parua quadam mercede a sacerdotibus regeque aut militibus agros mercati, per omnẽ ætatem ab ipsa pueritia rei rusticę sine intermissione vocãt quo fit, vt agricultura cęteris, tum ob doctrinã a parentibus preceptam, tum ob continuũ vsum, præstẽt. Eodẽ modo & pastores cura atque arte regẽdi pecoris a patribus accepta semper in eo gubernãdo ætatẽ agunt. Artes quoq; apud Aegyptios admodũ excultas videmus, & ad summũ perductas. Nã soli Aegyptii opifices, omissa rerũ publicarũ cura, nullum nisi aut legibus permissum, aut a patre traditũ op⁹ exercẽt: vt neque eos docẽtis inuidia, neq; ciuile odiũ, neque aliud quid ad instituto impedeat exercitio. Iudicia vero eorũ non casu fiebant, sed ratione, existima-

Marginal notes: Aegypti vetus administratio. — Politia ęgyp. in triplic. hoĩm genere cõsistebar. — Agricolę — Pastores — Opifices.

bant enim rite facta plurimum vitæ mortaliũ prodesse Nam punire nocẽtes, auxilium ferre oppressis, optimã ad probanda mala facinora viam putant. Pœnam vero delicti pecunia aut gratia tolli, existimabant confusionem vitę cõmunis fore. Quamobrem ex ciuitatibus clarioribus vt Heliopoli Memphi Thebis viros optimos eligebant, quos iudiciis præficerent: qui iudicũ cõfessus neque Athenarũ areopagitis, nec Lacedęmoniorum senatui longo tempore postea institutis cedere videbãtur. Postquã hi cõuenerant triginta numero, inter se eligebant optimum virum, quẽ iudicii principem cõstituebant, in locum cuius ciuitas alium iudicẽ substituebat: his omnibus victus, sed principi opulentior a rege dabatur: is rurea caterua signum variis ornatũ lopidibus a collo suspensum, quod appellabãt veritatem, gestabat. Cœptis iudiciis a signo veritatis a principe iudicũ proposito omnibusque legibus, quæ octo libris cõtinebantur in medio cõstitutis. Mos erat accusatorẽ scribere ea in quib⁹ alium accusabat, modũque patratæ iniuriæ, aut damni facti, quãti eam extimaret scribere. Reo tempus dabatur rescribẽdi ad singula, & aut se id non fecisse, aut recte fecisse purgandi, aut iniuriam vel damnũ minoris extimãdi. Rursus accusatori reoq; inuicem respondẽdi locus erat. Ita his auditis litigatoribus, cũ iudices de cõtrouersia quæsiuissent, princeps signo veritatis in partẽ veriorem verso, sententiã ferebat hic mos iudiciorum erat. Quoniam legum institutione merito incidit, haud alienũ ab instituto erit, antiquas ægyptiorũ leges etiã referre, quo cognoscatur, quãtum cæteris pręstẽt & rerum ordine, & vtilitate. Primũ periuri capite multabantur, tanquã qui duplici tenerentur scelere, vt qui & pietatẽ in deos violarẽt, & fidem inter homines tollerẽt, maximum societatis vinculũ humanæ. Si quis iter faciens aut hominem a latronib⁹ cædi cõperiret, aut quamlibet iniuriã perpeti, neque subueniret auxilio (si quodãmodo posset) mortis erat reus: Si auxiliũ ferre nõ posset, denunciare latrones tenebatur, & iniuriam accusatione prosequi, qui ea negligebat, plagis ad certum quidẽ numerũ plectebatur, triduoq;

iudicia ęgyp. non casu, sed ratione,

Iudicium electio.

Iudicib. vict⁹ a rege dabat.

Veritas insigne iudicum principis

Periuriũ capitale fuit apud ęgyptios.

carebat cibo. Falſo quempiã accuſans, ſi poſtmodũ ad iudicium delatus foret, pœnã calumniatoribus ſtatutã ſubibat. Cogebantur Aegyptii oẽs ſcripta nomina ſua ad præſides, & ſimul quo exercitio viuerẽt deferre, qua in re ſi quis mentiretur, aut ſi iniuſto viueret quæſtu, in mortis incidebat pœnã. Si quis ſpõte aut liberum, aut ſeruum occidiſſet, morte damnare leges iubebant, quæ non fortunæ conditionẽ, ſed conſiliũ facti pendentes, homines a ſcelerib⁹ deterrebãt, & ſimul vindicata ſerui morte reddebãtur liberi ſecuriores. Patribus qui filios occiderẽt. Non erat pœna mortis indicta, ſed trib⁹ diebus noctibuſque cõtinuis edictum vt circa defuncti corpus aſſiſterent, publica etiã cuſtodia aſtante. Nõ enim iuſtum putabãt eum vita priuari, qui vitę filiis author fuiſſet, ſed potius cõtinuo dolere, factiſq; pœnitẽtia affligi quo cæteri ab ſimili facto auerterenť. Parricidis exquiſitã impoſuerunt pœnã. Nã articulatim prę acutis calamis cęteros iubebant viuos ſupra ſpinarũ aceruum cõburi: maximũ inter mortales iudicãtes ſcelus, ei mortẽ per vim inferre, a quo vitã accepiſſet. Mulierũ morti deſtinatarũ ſi prægnãtes eſſent, partus expectabatur, exiſtimãtes penitus iniquũ eſſe, eum qui nihil cõmiſiſſet, vna cum facinoroſo pœnã pati, aut duos plecti, quũ vnus deliquiſſet. In bellis qui aut ordinẽ reliquiſſent, aut nõ parerẽt ducibus, nõ plectebãtur morte, ſed maxima omniũ ignominia: qua poſtmodo virtute & recte factis deleta, ad priorẽ ſtatum redirent. Ea lex & homines aſſuefaciebat, vt id dedecus peſſimum malũ, morteque ipſa grauius cenſerent. His qui ſecreta hoſtib⁹ reuelaſſent, linguã lex iubebat abſcindi. Et qui monetam circunciderer, aut adulterinam cuderet, aut pondus vel ſigna immutaret, aut literis inſcriberet, aut de ſcripto demeret, aut falſas ſyngraphas afferret ambæ amputabãtur manus, vt quæ corporis pars peccaſſet, per vniuerſam vitam lueret pœnam. Cęteri quoque aliorũ calamitate moniti, ab ſimili ſcelere abſtinerent. Aſperæ etiã pœnę circa mulierũ delicta ſtatutæ erant. Nam ei, qui mulierẽ liberã violaſſet, virilia execabantur, quoniã vno crimine tria haud parua ſcelera cõple-

Homicidiũ morte inhibitum.

Lex alia in parẽtes qui liberos occiderent.

Lex ĩ parricidas atrociſſima.

Lex caſtrẽſis ignominioſa.

Lex im monetarum falſarios.

lex ĩ mechos.

tus esset,iniuriam,corruptelã,& liberorum confusioné in adulterio spontaneo deprehensus virgis cedebantur ad mille plagas,mulier naso mutilabatur. Quo dedecore vultus maculatus ea mulctaretur parte,qua maxime facies exornatur. Legũ quę ad hominũ commertia pertinent,Bocchoridẽ latorẽ fuisse scribunt. Hę mandant,creditis absq; scriptura mutuo pecuniis,si negarẽtur,stare debitoris iuramento:vt quæ iusiurandum veluti religiosam rem magni extimarẽt. Nam cum certũ sit iis,qui sæpius iurãt abrogari fidem, plurimi dicunt, ne boni viri nomen amittatur , raro ad iuramentũ descendere. Legis insuper lator omné fidem in virtute cõstitués, bonis moribus iudicabat assuefieri homines ad probitatẽ,ne indigni fide viderẽtur,debere. Iniquũ etiã putauit eis, quibus absq; iuramento credita pecunia esset,de re sua iurãtibus nõ præstari fidẽ. Fœnus quod ex scripto contrahebatur prohibuit vltra contracti mutui duplũ exigi , solutio ex bonis debitoribus solũ fiebat. Corpus nõ poterat adduci creditori:putabat eñ oportere bona tantũ subdita esse debitis. Corpora, quorum opera & bello & pace vterẽtur ciuitatibus addicta esse. Non enim æquũ videbatur milites,qui pro patriæ salute pericula subirent,pro vsuris in carcerẽ duci:quã etiã legem solũ videtur ad Atheniẽses transtulisse: quã Sisateam appellauit, decernẽs ne ob vsuras ciuiũ corpora nectarentur. Lex priuatim præterea de furibus apud solos Aegyptios hęc erat. Iubebat eos qui furari volebãt, nomẽ suum apud principem sacerdotum scribere , atq; euestigio furtũ ad eũ deferre,similiter quibus res furto erepta erat,ad eundẽ rei sublatę tẽpus diem & horã scribere tenebantur. Hoc mõ facile inuento furto,qui rem amisisset,quarta multabatur parte,quę daretur furi:satius legislator esse duxit, quũ impossibile esset prohiberi furta,alicui⁹ portionis,quã toti⁹ rei amissę hoĩes iacturã pati. Nuptiarũ nõ idem apud Aegyptios mos est Sacerdotibus vnam tantum vxorẽ ducere licet. Reliqui pro volũtate & facultatibus plures habẽt. Nullis ex eis nec ex serua quidẽ empta genit⁹ spurius habetur. Solũ enim patrẽ existimant generis actorẽ, matrem, & nu-

Lex in adulteros & adulteras.

Bocchorides legislator.

Ad iuramentũ raro descendum.

Lex fœneratoribus data.

Lex de furto admiranda.

Matrimonia.

Puerorũ educatio & impẽsa modica.

trimentũ & locum infanti præberẽt. Notos adeo parua educant, faciliq; impensa, vt vix credi possit. Nam tum scriptorũ, tum aliis radicib⁹ quas ob cineribus coquũt, tum caulis palustrib⁹, quas partim coctas, partim assas igni, partim crudas, pro cibo prębent, liberos nutriunt, discalceati nudiq; maiori ex parte ob patriæ temperiẽ vitam ducũt. Omnis sumpt⁹ in pueros, quousq; ad ætatem perueniant, a parentibus ius impensus non excedit dragmas viginti. Erudiunt sacerdotes filios & literis, quæ appellatur sacræ & aliis quæ ad communẽ spectãt doctrinam, vt plurimũ Geometriæ, Arithmeticæq; studio intenti. Palestræ aut Musicę non vacant, existimantes quotidianũ illius exercitiũ iunioribus infirmũ esse, & periculosum. Ex eoq; breuiores vires effici. Musicam non solum inutilẽ, sed nocuã ducunt, tanquã virorũ animos effœminentẽ Morbos vel ieiunio curant, vel vomitu: idq; aut quotidie, aut tribus diebus, aut quatuor interiectis: asserũt enim ex ciborum superfluitate omnes creari morbos, eam ergo ad valetudinẽ curam esse optima. quæ morborum principia auferat. In malitiam aut peregrinationẽ profecti, nulla impẽsa mercede curant medici enim ex publico victũ sumunt, ægros secundũ legẽ curãt ab antiquis medicis cõprobatisq; scriptoribus traditam. Si quis normam sacri libri sequutus infirmũ curare nequiuerit, omni caret crimine, si pręter ea, quam quę libris continentur, illum curauerit morte punitur. Credidit enim legislator ea medẽdi cura, quę plurimo tẽpore ab antiquis medicis obseruata profectaq; sit, haud facilẽ meliorem reperiri posse Colunt ęgyptii animantia quædam præter modũ non solum viua, sed etiam mortua, sicut felẽ, Icneumonas, Canes, accipitres Ibides, lupos, Cocodrillos, & eiusmodi plura. Non solũ horum cultum palam profiteri non erubescunt, sed tanquam in honoribus deorũ effusi, id laudi sibi & decori ducũt. Cumq; signis illorũ propriis turbes, & varia loca circumeant, procul ostentãtes, quæ seruẽt animalia, ea more supplicũ singuli venerantur. Cum aliquod eorum moritur, sindone contectum cum vlulatu pectus percutiẽtes sale liniunt, ac cedri liquore vnguentisque

Musica dãnatur ab ægyptiis.

Morbos ægy. vomitu curant aut ieiunio.

Medici ægypt.

Variorũ animaliũ cultura portẽtosa

odoriferis, quo durius seruetur corpus vnctum in sacris locis sepeliunt. Si quis aliquod horum animalium sponte occiderit, morte damnatur, Aeluro & ibidem exceptis, quos si quis sponte vel secus occiderit, interficitur accurente turba, & absq; iudicio hominē variis suppliciis adfectū interficiūt. Quo timore, qui hos mortuos conspexit procus astans lamentatur, testificans animal absq; sua culpa mortuū esse nutriunt hęc aīalia summa cura atq; impēsa in templorū ambitu a vitiis haud quaquā contēnendus, quę simulagine & alica, variisq; epulis lacte conditis cibāt: anseres tum elixos, tum assatos apponūt quotidie. His, quę cruda edunt, aues captas prębent deniq; ea oīa magna sustētant cura atq; sumptu. Eorum mortē æque ac filiorū lugent, sepeliuntque sumptuosius, quam eorū facultas ferat, ita, vt Ptolemęo Lago Aegyptū tenente, quū bos in Mēphi ex senecta mortuus esset, qui illius nutriēdi curā cœperat, pecuniā quę in ei9 sumptu data erat permagnā, ac insuper quinquaginta talenta argenti mutuo a Ptolemæo sumpta, in eius sepulturā impendit. Videbūtur forsitā hæc, quæ diximus miranda: sed nequaquam minus admirabitur quis, si quid apud quosq; Aegyptios fit cōsideret in funere mortuorū: Nā vbi aliquis defunctus est, propinqui omnes amici, qui deturpato luto capite lugentes ciuitatem, quoad mortuus sepeliatur, circumeūt interim neque lauantur, neq; vinū capiunt, aut cibū, nisi vilē, neq; vestibus vtūtur splendidis. Sepulchrorū tres habent species, sumptuosas, mediocres, & humiles. In prima argēti talentū exponunt. In secunda minas viginti. In vltima parū quid sumptus irrogatur. Qui funera mortuorū curant, eo exercitio a maiorib9 tradito, funeris impēsam domesticis descriptam ferunt, scrutantes quanti velint celebrari funus: conuentione facta, corpus eis traditur, vt iuxta impensam curetur funus. Primus grammaticus (ita enim appellatur) posito humi corpore, circa alia describit, quantum a sinistra parte incidatur: deinde qui dicitur scissor habens lapidem æthiopicū, quantum lex finit latus aperit, subitoque cursu a prosequentibus, qui astant, lapidesq; cū execratione in eū iacientibus fugit. Existimāt em̄ odiū inhærere, quicunq; amici

Ibidē vel felē apud ægyptios interficiēs interficitur.

Animalia in templis splendide nutriuntur.

Apis bos mortuus maximo sumptu sepultus.

Mortuorum funeratio apd ægyptios admiranda.

corpus vulnere illato violarit. Curatores vero corporis hos salitores appellant, honore digni, existimationeqꝫ habentur, vtũtur enim sacerdotibus templaque pariter ingrediuntur. His penes cadauer astãtibus, vnus per scissurã corporis interiora, præter renes & cor, ducit. Quæ singula alter vino pheniceo ex rebus odoriferis lauat, deinde corpus totum primũ ex cedro, tum alis vnguentis vngũt dies amplius triginta, myrrha deinde, ac cinnomomo, cæterisque rebus liniunt, quæ non solum id seruare diutine, sed odoriferum reddere queant. Curatum cadauer cognatis tradũt defuncti, ita singuli eius partibus etiã superciliorũ palpebrarumq; pilis integre seruatis, vt omnis corporis species dormiẽtis more integra perduret. Antequam sepeliatur corpꝰ prædicitur a cognatis tũ iudicibus tum defunctis amicis sepulturę dies afferentes illum mortuũ paludem transiturũ. Astãtibus iudicibus amplius quadraginta numero, sedentibusque vltra stagnum Hemicyclio trahitur nauis ad id cõposita ab his, quibus ea cura iniũcta est tum antequã corpus in arcam cõdatur, permittitur lege volẽs accusare mortuum. Si quis probatur male vixisse iudices sententiam ferunt, qua censent corpus eius sepulchro priuandum. Qui deprebenditur iniuste crimen obiecisse, magna multatur pœna. Quũ deest accusator aut per calumniã accusatũ constat, cognati finito luctu ad laudes mortui vertuntur. nihil de genere eius sicut greci cõsuerũt, narrãtes Existimãt enim se oẽs Aegypti pariter nobiles esse, sed ordiẽtes a pueritia, in qua vitę institutionẽ, eruditionẽq; recensent, ad viri ętatẽ descendunt, eius erga eos religionẽ, iustitiã, continentiã, virtutesq; cęteras cõmemorantes: inuocatis vero inferis diis, precantur vt eũ inter pios locent: ad quę verba oĩs multitudo correspondet gloriã mortui extollens, tanquã apud inferos cũ beatis semper futuri. Sepeliunt postea quiq; suos, hi in propriis sepulchris, hi quibꝰ ea desunt domi apud firmiorẽ pariete arca corporis erecta. qui vero crimine aliquo aut fœnore sepultura ꝓhibenť, domi absq; arca ponũť. quos posteri ditiores facti, ac debita crimina soluẽtes, honorifice sepeliũt. Mos est apud eos defun

Defunctorũ vita apud Aegyptios iudicio discutitur.

ctorum parentum corpora dare in pignus creditori. Summa illos, qui non redimũt, sequitur infamia, & sepultura carent. Mirabitur quis merito eos, qui hæc instituerunt, non solum quę ad viuentium mores spectarent prosequutos, sed etiam quæ ad mortuorum sepulchra cultumque pertinent. Adeo hoc pacto ad bonos mores quantum fieri posset componi vitam hominum existimabant. Græci sane, qui fictis fabulis, ac poetarũ dictis fidem excedentibus de piorum meritis malorũque pœna tradiderunt, nequaquam potuerunt suis scriptis traducere homines ad virtutem. Quin econtra potius contemptique sunt ab improbis. Apud Aegyptios vero non fabulis, sed visu, impiis pœna, iustis laus impartita. Singulis diebus vtrosque eorum, quę vitæ vtilia existant admonent: quum videant cuique probis, quæ egit debiti præmii memoriam impendi. Qua ex causa ad meliorem singuli vertuntur viuendi normam. Eas enim optimas esse leges putandum est, quibus non diuites, sed honesti prudentesque homines fiant, & hæc de Aegyptiis: nunc de reliquis Aphricæ populis.

Defũctorum paretũ corpora creditoribus oppignerantur.

De Pœnis, & cæteris Aphricæ populis. CAPVT VI.

Poenorum multæ sunt & variæ nationes, Adrimachidæ Aegyptum versus siti, eisdẽ quibus Aegyptii moribus vtuntur. Vestem gestant qualem & alii Pœni: vxores eorum in vtroque crure armillã æream habent: capitis comam nutriunt: pedunculos suos, quos quisq; capit, præmordet, atq; ita abiicit: quod isti tantũ ex omnibus Pœnis factitant, Soliq; virgines nupturas regi exibẽt, quæ illi placita fuerit: eam regi deuirginat. Nasamones grãdis & dira natio, nauiũ syrtibus inuolutarũ spoliatores, sub ęstatẽ relictis ad mare pecoribus descendunt ad locũ augilẽ decerpturi palmulas, quę ibi permultæ & speciosæ sunt, & fructifere oẽs. Ex quibus vbi palmulas immaturas decerpserunt, ad solem siccantes mature faciunt: deinde lacte maceratas sorbillant. Vxores plures singuli e cõsuetudine habẽt, & cum his propatulo coeunt, eodẽ pene, quo & Massagetę mõ, nisi quod hi prius scipionẽ prætendant. Mos etiã Nasamonibus est, quũ quis primũ ducit vxorem, vt

Nupturæ virginã dę exhibentur.

Sponsa apud Nasamones a conuiuis cognoscitur.

ſponſa ſingulos cõuiuas adeat veneris gratia &'vt quiſque cum ea concubuit, donum det illi, quod ſecum habet domo adlatum. Iureiurando ac diuinatione tali vtũtur per eos viros, qui iuſtiſſimi atque optimi apud illos fuiſſe dicuntur: iurant illorum ſepulchra tangentes, diuinant ad ſuorũ accedẽtes monumẽta & illi vbi preces peregerint indormiũt, vbi quodq; per quietẽ inſomniũ viderunt, eo vtuntur. Fidei dandæ conſuetudo hæc eſt: de manu alterius vterq; ſumpto inuicem poculo bibit: quod ſi nihil humoris habuerint, ſumptum e terra cinerem lingunt, Garamantes omniũ hominũ commercia aſpectumq; refugiunt, nihil bellicæ armature habentes nec defendere quidem ſeſe audentes, ſupra Naſamones incolunt. Circa maritima vero occaſum verſus his Macæ confines ſunt qui ſummum capitis verticem radunt in medio capillos creſcere ſinẽtes, hinc atq; hinc in orbem tondentes. In bellum ſubterraneorũ ſtruthionum pelles pro argumento ferunt Gnidanes Macis contermini, quorum mulieres fimbrias pelliceas, ferũt, ſingulæ multas: ob hoc (vt memoratur) quod vt a quoq; viro ve[illegible] eſt, fimbriam orat: & vt quæq; plurimas habet, ita præclariſſima cenſetur, tanquã a pluribus viris adamata, Machlyes circa paludem Tritonidẽ habitantes occiput crinitum geſtant. Anſes vero anteriorẽ capitis partem. Horum virgines anniuerſario Mineruę feſto in honorẽ ipſius Deæ indigne inter ſe bifariã diuiſæ præliantur lapidibus fuſtibuſq;, dicentes ſe morẽ patrium ſeruare ei, quam Mineruam dicimus, & quæ virgines ex vulneribus decedunt, eas falſas virgines appellant: ſed priuſquam a pugnando deſiſtunt, hoc faciunt: quæ virgo in pugnã optimã operam nauauit eam ſemper communi, conſenſu cæteræ virgines exornant, tum cętera armatura Græca, tum criſta Corinthia, & currui impoſitam circa paludem circunferunt. Idem promiſcue cum mulieribus non vna habitantes, ſed pecudum more concumbunt: vbi apud mulierem puer robuſtus eſt factus, apud quam virum habitare ſuſtinet (nam tertio quoque menſe viri conueniunt) eius filius cenſetur. Atlantes a monte Atlãte, iuxta quẽ habitãt, appellati, anonymi ſunt, i. nomen proprium ſinguli non habent,

Fidei dandæ cõſuetudo.

Garamãtes hoĩm conmercia fugiũt

Fimbria veneris pretium.

Virginũ decertatio in mineruę feſto.

Solem transcẽdẽtẽ execrantur, eique propterea omnia conuitia ingerunt, quod torridus & ipsos & regionem perdat nullo animãte vescũtur, nec somnia vlla cernũt. Pastoricii Aphri carne & lacte victitãt, nihil vaxinũ gustãtes, quia nec Aegyptii suam gustant, nec vaccã alũt nec Cyrenæ fœminę ferire eas sibi fas putant, ob Isidem, quæ in Aegypto est, cui & ieiunia, & dies festos agũt studiose. At mulieres Barceæ non mõ gestu vacci nę carnis, sed etiam suillæ abstinent, filii ipsorũ vbi quadrimi effecti sunt, vena verticis quidẽ etiam temporum illorum lana succida inurunt, ob eam causam, ne vllo vnquã tempore pituita officiat e capite defluens: eaque de re: se aiunt esse optima valetudine. Eo modo sacrificant: vbi pro primitiis pecudis aurem præciderunt, eã supra domum abiiciũt, hoc acto, ceruicem eius auertũt Solis omnium deorum immolabant Soli & Lunæ. Defunctos, vt Græci, sepeliunt omnes Aphri, præter Nasamones, qui illos sedentes sepeliunt, obseruãtes. vt dũ quis cœpit agere animam, eum sedentem constituant, ne supinus expiret, Domicilia eorum sunt virgultus cõpacta suspensis circa lentiscos, & ea quoquouersus versatilia. Maxies dexteram capitis partem comatam gestant, sinistram radunt, corpus minio tingunt, asserentes se a Troianis esse oriũdos. Zabicum Maxibus cõfinium fœminę auriguntur currus in bellum Zigantes (vbi magnã vim mellis apes conficiunt, sed multo plus opifices viri facere dicuntur) omnes nimio inficiuntur, ac simiis vescuntur quarum affatim gignitur iis, qui in montibus degunt. Hi omnes Libyci vita syluestri sub diuo, vt plurimum habitant, victu (ferarum more) contenti, nil domesticum edunt: nullis vestibus, præter caprarum pellibus, tegunt corpora Potentiores inter eos, nullas habent ciuitates, sed turres aquis proximas condentes in eis, quę vsui supersunt. Subditos populos singulis annis adiurant, vt principi pareant, obtemperantes, vi socios diligant abnuentes imperium, vt latrones persequantur. Eorum arma sunt & regioni & moribus congrua. Nam cum sint corporibus leues, patria vero vt plurimum plana, neque ense, neque gladiis, neque armis vtuntur in bello. Tris tantũ ferunt hastas lapi-

Sacrificãdi ritus.

Sepeliẽdi ritus.

Libycarũ gẽtiũ vita

Belligerãdi ritus.

desq; in vasis ex corio factis delectos, cum his certantes, tum in congressu, tum etiam recessu: primo ferire hostem conantur ad cursum, lapides recte iacendos lõgo vsu edocti. Erga externos nullum ius, nullamq; seruant fidẽ. Troglodytæ (qui & a Gręcis, quod ex pecoribus viuant, pastores appellantur) Aethiopiæ populi cœtus ac tyrannos inter se constituũt. Vxores ac filios habẽt communes, excepto (qui vnicam tenet) tyranno. Huic appropinquãti multam tyrannus irrogat certo pecudum numero. Ethesiarũ tempore, quo maximi decidunt imbres, sanguine & lacte immixtus, paulũque coctis nutriuntur. Aestu solis deficientibus pascuis ad loca declinant palustria, pro quibus solis inuicem certãt. Pecora vetusta aut in morbos cadẽtia occidunt, exque his per omne viuunt tẽpus. Parentũ nomina minime indiderũt filiis, sed tuari, arietis, ouis. Et hos quidem patres, hos matres: quoniam ab his non a parentibus quotidianus præbeatur cibus appellãt. Vtũtur potu Idiotæ Paliuri arboris succo: potentiores ex quodã flore expresso, qui est deterrimo nostro musto persimilis. Armẽtorũ greges secũ ducentes varias, ne iisdẽ in locis morẽtur diutius, regiones mutãt. Corpora, pręter virilia, qui pellibus tegũtur, nudi. Putẽda Troglodytæ omnes velut Aegyptii circũcidũt, his demptis, quos a casu claudos appellãt. Hi soli intra regionẽ hesternorum habitantes ab infantia non nouacula inciduntur. Arma ferunt Troglodytę ii, quos dicunt, Magaueres: scutũ ex corio crudo bouis rotundum, & farratã clauã, alii arcus lanceasque. Sepulcra nihili penitus curant: nam paliuii viminus corpus ligantes: defuncti ceruicem cruribus applicãt: deinde cadauer in loco editiori positum lapidibus ridentes obruunt impositoque supra saxorum aceruum capię cornu abeũt nullo dolore moti. Bellantur inuicem non vt Gręci, ob iram, aut ambitionem, sed pabuli gr tia. In eorũ concertationibus primũ iactis lapidibus, quoad aliquid vulnerantᵗ cõcertant: tum arcu quoadmodum exercitati sunt, pugnantes mutuis vulneribus cadunt. Ea certamina dirimunt, quæ ętate præcedunt fœminę, quibus nullo periculo in medium prodeuntibus (nefas est enim has vllo pacto

Troglodytæ, qui etiã pastores dicuntur.

Ethesiarũ .i. vẽtorũ qui. xl dies post caniculæ exortum perstant.

Certamina fœmĩę dirimũt.

lędere) ex tēplo a certamine cessant, Inualido obseniū armenta sequi, guttere bouis cauda adstricto vitā finiunt. Qui mortem differt, licet volentem eodem modo (admonitum tamen antea) vita priuare, ibiq; habetur beneficii loco Febricitantes item, aut morbo incurabili correptos, simili adficiunt morte. Maximum arbitrātur malorum, ab eo vitā diligi, qui nequeat aliquid agere dignum vita. Herodot⁹ scribit Troglodytas specus in quibus habitent excauere, nullo habēdi diuitias desyderio teneri, quum paupertati se voluntariæ addicarint, tantum lapide vno gloriari, quem Exaconthalitū nominamus: Supernū carnibus vesci, Sermonis ad hæc ignaros esse, & propter hoc stridere magis quam loqui. Alia in Aetiopia, quæ supra Aegyptū est, habitat gens Rizophagi vocātur, radices arundinum, quas ex propinquis locis effodiunt, magna cura lauātes barbari lapidibus terunt, quoad molles factæ cohæreant: deinde placentas ad modum lateris, quantum manus capit factas, atque ad solem decoctas, mandūt. Quē solum cibū: ipsi per omnē vitam suauem atq; affatim habēt, eo quod pacem continuam seruent. bellantur tamē cū leonibus, qui e deserto vmbrę causa, & vt minores venētur feras egressi Aethiopum multos e paludibus exeuntes dilaniant. Et iamdudum ea delata esset a leonibus natio nisi natura eis sponte præsidium tulisset. Nam sub ortum canis mirabilis atque innumera nullo agitante vēto, culicum multitudo ad ea loca aduolat. Homines ad paludes fugientes minime ledunt, leones abire ex his regionib⁹ compellunt, tum morsu, tum vocis sono territos, His propinqui sunt Ilophagi Spermatophagiq;: quorum hi quidem fructus, qui ęstate ex arborib⁹ decidunt colligentes absq; labore edunt: reliquo tempore herbam in vmbrosis nascentem locis decerpunt, quæ vitæ subuenit in egestate. Ilophagi vero cum filiis vxoribusque ad loca campestria accedentes arbores ascendunt, ac teneras ramorum summitates auferunt, tātam ex continuo vsu ramos ascendendi peritiam habentes, vt (quod incredibile videtur) de arbore in arborem velut aues prosiliant, ascendantq; tenues absq; periculo ramos, macilentia leuitateque corporis nixi:

Rizophagi radici. victitantes.

Rizophagi leonibus prę dę sunt.

Hoēs de arbore in arborē ꝓsilientes.

quod si quando pedes lauãtur, manibus ramis cõprehẽsis, sese a casu peroportune vĩdicãt: quod si forte deciderint nulla in re propter corporis leuitatẽ læduntur: ita ramis teneriorib. dente, excesis vẽtrẽ farciũt. Hi semper incedũt nudo corpore cõmunesq; vxores ac liberos habẽt. pugnant inuicẽ pro locis armati baculis aduersus alios, ac dominantur victis: moriũtur vt plurimũ famę, quũ deficiẽte visu corpus priuetur eo sensu, quo cibum quærebat. Reliquã circa regionẽ Aethiopes tenẽt, qui Cyneci dicũtur, numero haud multi, vita ab reliquis diuersa. Syluestrem enim incolẽtes patriã, & penitus asperã rarisq; aquarum fontibus, super arbores ferarũ timore dormiunt. Sub aurorẽ ad aquarũ decursus armati prodeũtes se abscondunt inter arborũ frõdes. Sub ęstu vero solis agrestes boues pardalesq; ac varia ferarũ genera, cũ caloris tum sitis impatientia ad aquas pot⁹ causa confluunt, Repletas grauesque aqua bestias Aethiopes ex arboribus descẽdentes adoriuntur, ac lignis adustis, saxisq; & saggittis occisas perque cœtus diuisas edunt. Aliquãdo vero quamuis per, rara & ipsi a valentiori bestia interficiunt: sed multas ipsi dolo & arte valentiores beluas capiũt. Si quãdo desint animalia, antea captorum pelles madefactas remotis pilis ad ignẽ lenam ponũt: dispartitasq; singulis auide ad satietatẽ sumunt. Impuberes pueros exercent ad certũ signũ iacere solis cibum prębentes his, qui signũ tetigere: ideo iaculatores optimi euadunt vrgẽte fame. Acridophagi deserto cõtermini homines sunt paulo cæteris breuiores macilenti ac supramodum nigri: Veris tempore zephyrus ac libycus vẽti infinitũ pene locustarum ex deserto ad eos deferũt numerũ. Hæ permagne sunt, sed colore alarum turpi ac squalido. Aethiopes ad id assueti in quandã latam longamque multis stadiis conuallã plurimum materiei ex propinquis locis ingerunt: quũ suo tempore tanquã locustarũ nubes a ventis supra vallẽ defertur materiam congestã: omnemq; loci herbam antea succisam incẽduut. Locustæ de super volãtes ingenti fumo enectæ paulũ vltra vallem ad terram tanta decidunt copia, vt victum omni genti abunde prębeãt Has enim Sale (quẽ regio plurimum fert) super infuso

Cyuerife rarũ timore sup arbores habitant.

Acridophagi locustis victitãtes.

diutius seruant. cibum gustu,'eis suauem: hic est solus eorum per omne temp⁹ locustarum victus. Neq; enim pecora nutriunt, neque pisces edunt, procul a mari positi: vllum aliud vitæ adminiculum habēt. Corpore leues sunt, veloces cursu, & vitæ breuis: vt qui longissime viuunt, quadragesimū non excedunt annum. Finis eorum nō solū miserabilis est, sed & incredilibis. Nā propinquante senecta, pediculi alati, non solum visu varii, sed specie horridi, ac turpes, in corporibus nati ventrē primo, tum pectus, deinde totum corpus paruo tempore exedunt. Qui morbum patitur primum veluti scabiei cuiusdam pruritu allectus, corpus scalpit, voluptate simul & dolore perceptis. deinde exoriētibus pediculis, simul effluente sanie, morbi acerbitate ac dolore percitus, vnguibus corpus magno cum gemitu lacerat. Tanta vero vermium copia effluit, alii super alios tanquam ex perforato vase scaturientibus vt deleri nequeāt: hoc pacto siue cibi aeris causa miserum sortiuntur vitæ finem. Extremas ad meridiem Africæ partes viri habitant a græcis cynnamimi, a vicinis barbaris syluestres appellati. Barbas habent admodum magnas greges syluestrium canum nutrientes præsidia vitæ; Nam ab æstiuo tropico, vsque ad medium hyemis Indici boues innumera multitudine eorum patriam ingrediuntur: causa incerta est: vtrum ne alias insectantes se feras fugiant: an pastus penuria, an alio naturæ (quæ omnia mirāda gignit) impulsu hominibus ignoto acti. Hic homines, quum obsistere nequeāt, suis freti viribus, se canibus tuentur: quibus in venatione vsi boues per multos capiunt. Et hos quidem recentes edunt hos saliunt ad futurum vsum. Multa insuper & alia animantia a canibus capta comedunt. Postremi, qui ad meridiem habitant in hominis forma ferarum vitam ducunt Ichthyophagi, sub Troglodyticam oram in Arabico sinu Barbaræ gentes. Nudi per omnem vitam degunt, vxores filiosque communes habent, bestiis similes, vt qui neque voluptatis, neq; doloris vllum, nisi naturalem sensum percipiant, neq; turpis neq; honesti discrimen norint. Habitacula habent nō longe a mari iuxta promontoria, vbi non solum profundæ cauernę,

Phthiriasi acridophagi moriuntur.

Cynnamimi siue syluestres, canes nutri:

Ichthyophagi ex piscibus viuunt.

ſed conualles immenſæ & anguſtæ ſpeluncæ exiſtunt, egreſſu ipſa natura difficili ac tortuoſo. Harum tanquã ad eorum vſum natura factarũ aditus incolæ magnorum congerie lapidũ obſepiunt, quia veluti retibus capiantur piſces. Maris enim fluxu, quod his diebus ſingulis circa tertiam ac nonã horam accidit, oras littori propinquas inundante, aqua in immenſum excreſcens opertis locis omnib⁹ innumeram copiam diuerſorum piſcium ſecum incontinentem defert: qui quum in diuerſa loca cibi gratia diuertant, refluente mari per lapides piſces in ſicco deſtituuntur. Quos incolę cũ vxoribus puerisque concurrentes capiunt, captos ſupra petras ad meridiẽ ſitas, nimioque ſolis æſtu incenſas ponunt, pauloq; poſt reuoluunt: a quibus ſic ad ſolem decoctis, carnem omnem excutiunt, & concauo ſaxo iniectam pinſunt, admixto paliuri ſemine, cibũ ſibi conficiunt ſuauiſſimum. Nam ſic immixtas carnes in modum lõgioris lateris formãt, ad ſolemque paulo deſiccatas, ſedẽtes cum voluptate edunt, nõ quidem ad certam menſurã, aut pondus, ſed ad ſatietatẽ. habent hunc cibum ſemper velut e penu promptũ, Neptuno pro Cerere eum large ſubminiſtrãte. Quãdo vero maris tempeſtate adeo littori vicina loca multis diebus inundãtur, vt nulla detur piſcandi facultas (quo tempore cibi penuria laborãt) Conchas legunt permagnas, quarum teſta ſaxis attrita interiori carne cruda, ſapore Oſtreis perſimili veſcuntur, Vbi vero tẽpeſtas ventorũ vi diuti⁹ perſeuerat, cõchęq; deficiunt, ad oſſa ſine ſpinas ex piſcibus excuſſas, & in hũc vſum coaceruatas cõfugiunt: teneriores recẽtioreſq; ex his dentibus mãdunt, duriores edunt ſaxo cõtritas, nil brutis animalib⁹ diſſimiles. Epulãtur autẽ palam cũ lætitia, vt dixit, cantuq; abſono oĩbus inuicem cõgratulantib. deinde mulieres, vt in quãq; quis forte incidit, cognoſcunt prolis cauſa: omni cura ob ciborũ, qui præſto ſint, copiã, vacui: his ſtudiis quatuor dieb. intenti, quinto pot⁹ gratia ad fontes pergũt gregatim, oĩbus ſimul vocẽ (velut inconditũ ſonũ) tollẽtibus. Eſt profecto hæc haud diſſimilis ab armẽtis boum, Repleto aqua vẽtre, adeo, vt vix redire queunt. Ea die nihil edunt amplius: iacet quiſque aqua plenus,

distentusque similis ebrio. Postera die denuo ad capiẽdos pisces redeunt, ita eorũ vita per omne tẽpus transacta ob simplicẽ victum raro in morbos incidunt, breuioris tamen quã nos sunt vitæ. Natura eorũ incorrupta famẽ sedare maximũ ducit bonum, nullẽ aduentitiam voluptatẽ quęrens. Hæc eorũ qui intra sinum habitant viuẽdi norma est, At illorũ qui extra sinum sunt multo est mirabilior: vt qui nunquã bibãt & natura ab omni semoti sint animi passione. Hi procul a terra habitabili tanquã in loca deserta a fortuna eiecti piscationi dant operã: humida nõ appetunt, pisces edunt semicrudos nõ quo sitim effugiãt sed feritate quadã, cõtenti victu quẽ a fortuna sortiti sunt. Felicitatẽ summã putant, his carere rebus, quæ dolorẽ possent egentibus afferre. Tantæ patiẽtiæ esse dicuntur, vt si quis educto ense eos percusserit, nõ diffugiant, & verbera & iniurias perferentes solum percutientẽ respiciant, nullum neq; iræ, neque misericordiæ signum ostendentes. Sermone carent, nutu, manibusque significãt quibus indigeãt, & quæ volunt. Hæ gentes vnanimi cõsensu pacem curãt, nulli externo homini infestæ: qđ vitæ genus licet mirabile, a priscis olim temporibus ea gens seruauit, siue ita lõgo tempore assueta, siue acta necessitate. Habitaculis nõ iisdẽ, quibus Ichthiophagi vtuntur, sed diuersis habitant modis. Quidã in speluncis diuersoria habẽt, ad arctum positis, in quibus tum vmbra, tum spirãs aura eos ab æstu solis tutatur Namquę ad meridiẽ loca spectant, fornacibus ex nimio ęstu similia, accessum ad ea adimunt. Qui sunt aduersus arctum, ex costis cetorum incuruis, quas mare plurimas effert, ex vtroque positis latere, colligatisque, quas maris alga operiunt, habitacula sibi extruunt ad euitãdos æstus: Natura sibi artem ex necessitate ad se tuendam reperiente. Et talis fertur esse Ichthiophagorum vita. Superest pauca de Amazonibus dicere, quas priscis temporibus in Libya ferunt extitisse, Mulieres pugnaces & validas viribus, Non eandem, quam nostræ vitam duxisse. Nam mos fuit illis certo tempore bellicis, ad seruandam virginitatem, rebus exercitari. Transactis militiæ annis viris coniungi prolis gratia. Has solas & principari, & pu-

Homines ab omni passione semoti.

Mirę patiẽtiæ homines.

Amazones Bellicosę mulieres.

blica obire munera: viros nostrarum fœminarũ instar domesticæ rei curam habere, tum obtemperantes fœminis, tum militiæ principatusq; ac omnis Reipublicæ expertes. Post partũ nati infantes viris dantur, quos lacte nutriant, aliisque rebus prout ętas poscit. Masculis mox natis, vt bellicæ rei inutiles sint, dexterũ brachium frangunt, autem eos interficiunt, vel procul ablegant. Fœmellis mamillas, ne crescant, inurunt: asserentes impedimento eas ad bellandũ esse. Vnde a Gręcis, eo quod mammis careant, Amazones appellantur. Hesperam insulam inhabitasse illas asserunt: dictã ita, qđ ad occasum sita sit. Eam vero esse in Tritonidis palude, quæ proxima oceano, a flumine, quod in eam defluit, Tritonia appellat: Aethiopię cõtermina & monti, qui Atlas dicitur omnium in ea terra maximo. Hæc insula permagna est variisq; arborũ fructibus, ex quibus incolæ viuunt, ferax, multos tum caprarũ tum pecudum greges habet: quorũ lacte & carnib⁹ vescuntur: frumento penitus carent: illius vsu incolis ignoto.

DE ASIA ET CELEBRIORIBVS EIVS GENTIBVS.

LIBER II.

CAPVT I.

Asiæ denoĩatio.



SIA ALTERA TRIPARTItæ terræ pars, appellata ab Asia Oceani & Thethyos filia, Iapeti vxore ac Promæthei matre: Siue, vt alii volunt, ab Asio Manæi Lydi filio, a meridie per orientem vsque ad septentrionẽ protenditur: terminos habet ab occidente Nilum & Tanaim cum Euxino ponto & parte mediterranei maris: tribus aliis partib⁹ tangitur oceano, qui ab oriente Eous, a meridie Indicus, a septentrione Scythicus appellatur. Taurus mons mediam quodammodo continentem diuidit, ab oriente in occidentem excurrẽs, partem ad aquilonẽ relinquit, partem ad meridiem: alteram Græci interiorem vocant, alteram exteriorem. Mons hic multis in locis latitudinem habet,

Asię quatuor latera.

Tauri montis mentio.

stadiorum trium milium: longitudinem quanta Asia, stadiorũ circiter quadraginta & quinq; millia, a transmarina Rhodiad ora vsque ad Indiæ & Scithiæ extrema orientem versus. Idem in nomina, ac partes, multas diuiditur: quarum aliæ maiores, aliæ minores ambitus comprehendunt. Tam latum auté & patens dicunt esse, quicquid terræ Asiæ nomine continetur, vt Aphrica, & Europa reliquæ duæ partes non magis complectantur, quam hæc sola. Cœlo temperato est, solo fertili, & propterea omnium animantium genere cultissima. Prouincias siue regiones multas habet, vbi Aphricam aspicit. Arabia est: regio inter Iudęam & ægyptũ triplex, vt Plinius refert, vna præterea a septentrione & occasu Syriæ inserta, cui a frónta deserta prætenditur Arabia, a meridiæ altera, quæ fœlix nominatur. Quidam etiam Panchaiam & Sabeam adiungunt. Arabia dicta ab Arabo Apollinis & Babylone filio. Arabes longe lateque diffusi, diuersis moribus viuunt, & cultibus plurimis, crinibus intonsis, mitrata capita habent redimitu pari, pars rasa in cutem barba. Artes haud ab vno in alium trãsferuntur, sicut apud nos, sed in patriis quisq; permanet institutis. Qui maximus est natu, is in totam gentem regnum obtinet. Quæ possidétur vniuersę sunt cognitioni communia vna omnibus vxor. Qui primus domum subierit, posito ante ianuam scipione, cũ ea congreditur, cũ grandiori natu pernoctat: ita omnes omnium sunt fratres: coeunt cum matribus & sororibus pecudũ ritu. Adulter capite plectitur: alterius sanguinis cõgressus, pro adulterio est: domestici in vniuersum legitimi habétur. Cõuiuia fere terdeni celebrãt, & in his Musicæ artis duo nõ imperiti, consanguinei sub inuicé ministrãt. Vrbes & oppida siue mœni, pacate inter se agunt. Sesamino oleo vtũtur beatissima alioquí rerũ vbertate, Ouiũ greges candidi velleris, grãdiori statura boues, equis omnino carent: quorũ desideriũ adimit chamelorum copia. Aurum, argentũ, & plura aromatum genera terrę peculiaria. Aes, ferrũ, vestis purpura, crocus, costus, toreumata aliunde aduehuntur. Defunctorum corpora stercore abiectiora. Regum cadauer sterquiliniis sepeliũt. Fidem inter hoíes,

Arabia triplex: Petrea, Deserta, Fœlix.

Cũ matribus & sororibus coeunt Arabes.

Equi nulli in Arabia.

Fides Arabum.

vtqui maxime seruant, quã hunc in modum dãt. Quoties fœdus inire volunt, alius quidem medius inter vtrumque stans, acuto lapide ferit volam iuxta maiores digitos ipsorum, qui fœd' ineunt: deinde sumpto flocco ex vtriusque vestiměto, inurgit eo sanguine septem lapides in medio positos inter inungendum inuocant. Dionysium & Vraniam: hoc acto, idem, qui fuit sequester fœderis inter amicos cõtrahendi, vadatur hospitě, aut forte ciuem, si cum ciue res agitur. Quod fœdus, & ipsi, qui amicitiã contraxerunt, seruare iustum censent. Myrrhę sarmentis ignes fouent, quorũ fumo fatis noxio, nisi odore cremati storacis occurrãt, plerumq; incurabiles morbos cõtrahunt. Cynnamũ per sacerdotes legitur, hostiis prius cæsis, quas cum litauerint, obseruatur, vt messis, nec ortum solis anticipet, nec egrediatur occasum. Quisquis principatum tenet sarmentorũ. strues hasta diuidit, quę sacrata est in hunc vsum, atque ita portio manipulorum etiam Soli dicatur, quæ si iuste diuisa est, radiis inflagrata incendiũ sponte cõcipit. Pars eorum, quibus asper victus est, angues edunt, nulla illis animi vel corporis cura, ac propterea Ophiophagi nominãtur. Nomadibus vsus Chameleorum frequens, his pugnant, proculque onera exportant, lacte & carnibus vescentes. Fluuius quem accollant auri ramenta habet, id non conflant artium inscitia. Debœ & ipsi pastores, colunt iidem & agros aliqua ex parte, gẽs auri abundans, inter glebas temere iacentes aureas pilas in glandium magnitudine reperiunt: quibus lapillis affabre interiectis monilia conficiunt haud iniucũda aspectui, ea collo & manibus inducunt. Vẽdunt aurum finitimis triplo æris præcio, argenti duplo, cum auri cõtemptu, tum desiderio quæ commercio parantur. Proximi his Sabæi, thure, myrrha, & cynnamomo diuites: & in ora huius terræ balsamum nasci quidam prodiderunt. Habent & palmas odoriferas, & calamũ. Serpens illi palmati longitudine letalis fere eius morsus, in arborum radicibus cubat. Odor nimius rerumque fragrantia stuporem sensibus inducit, quẽ bituminis suffitu, & hyrci barba leuant. Penes regem omnis iudicandi ratio. Sabæorum plæriq; sunt agricolæ, aro

Vrania & Dionysi⁹ in fœdere inuocãtur.

Ophiophagi serpentũ comestores.

Debœ diuites auri

Sabęi thure ac myrrha opulenti.

nata alii legunt. In Aethiopiam ob negotia nauigant nauigiis corio contectis. Cynnamomum & Casiam ligneæ materie loco igni adhibét. Huius gentis metropolis est quã Sabam appellant, supra montem sita. Reges ex gñis successione habent, eos quib⁹ multitudo honores distribuit bonis malisq; immixtos. Regiam nunquam exire audent, ne a turba hominum lapidibus veteri quodam deorum responso obruantur, timentes. Sabæ vbi regia est, toreumata argentea, aureaq; omnis generis poculorum habent. Lectos insuper tripodasq; argẽteis pedibus cæteramq; suppellectilem vltra fidem sumptuosam. Magnis quoq; columnis porticus fulciũtur quartũ capita tum argentea tum rurea existunt laquearia vero ac portæ aureis phiales, preciosis lapidibus intermixtis, totius domus sumptuosissimũ ornatũ ostendunt. Alia enim auro, alia argento, quædam lapidibus splendent. Nonnulla tum elephantorum dentib⁹ sunt exculta, tum multis præterea rebus aliis, quæ plurimi apud homines æstimantur. Et eam sane multis sæculis perpetuam habere fœlicitatẽ. Abfuit enim ab eis penitus, quæ multos in præceptis dedit ambitio per auaritiam aliena possidendi. Nec Garræi his minus opulenti, quorum fere supellex omnis ex auro est & argento: ex his & ebore domorum limina, tecta parietes construunt. Nabathæi omnium continentissimi, in quęrendis opibus mira gentis industria, sed intuendis multo maior. Qui rem domesticam minuit publice multatur, contra honore afficitur, qui patrimoniũ auxit. Gladio arcu, lancea, & funda in bello plurimum etiam bipennibus Arabes vtuntur. Dira sarracenorũ gens pestis illa hominum teterrima, inde sumpsit originẽ. Abiitq; (vt credere est) pars Arabum maxima in Sarracenicũ nomen: cæterum veterẽ appellationẽ nunc quoque tenent, qui circa Aegyptum habitant, raptu plurimum viuentes chamelorum celeritate freti.

Reges Sabæorum regiã exire nõ audent.

suppellex Sabæorũ omnis ex auro & argento.

garræi auro & argẽto abundantes.

nabathæi percissimi. Sarracenorum gens in arabia sumpsit exordiũ.

De panchaia & moribus Panchaiorũ. Ca. II.

PAnchaia Arabiæ redio, Diodorus Siculus insulam esse dicit, ducẽtorum stadiorum latitudine, tres in ea nobiles vrbes enumerat: Dalydã, Hyracidam & Oceanidam. Regio omnis, quã vbi arenosa, fructifera est

Thuris in Panchaia copia.

Vini maxime abundans & thuris, quod in ea adeo excrescit, vt per vniuersum orbem satisfaciat deorum sacris. Fert etiam mirrham plurimum, & alii varii generis aromata, odorẽ prębentia, quę Panchai legunt, & Arabis mercatoribus vendũt: a quibus alii precio sumptas, in phœniciam, Syriam, & ægyptum trãsuehunt inde a reliquis orbis mortalibus importatur. Curribus in bello Panchai vtuntur more prisco. Politia eorum trifariã partita est. Primum locum sacerdotes tenẽt, quibus adduntur artifices. Secundum agricolæ habent. Tertium milites quibus pastores adiiciuntur. Sacerdotes omniũ sunt duces, quibus & controuersiarum iudicia, & publicarum rerum arbitria permissa, mortis pœna tantummodo excepta. Rustici agros colunt, fructus omnes in cõmune conferentes. Qui ex eis optime videntur agro colendo vacare, hi vsque ad numerum decem ad cæterorum exortationem distribuendorum fructuũ iudices a sacerdotibus legũtur. Pastores tum ea quæ ad sacra pertinent, tum reliqua in publicum alia numero, pondere alia cum omni ferunt diligentia. Nil cuiquam priuatũ est, domo atq; horto exceptis, sed tum vectigalia, tum cætera sacerdotes præcipiunt, æque illa, prout vsus fuerit, dispartientes: ipsis duplum conceditur. Vestibus induuntur mollibus, Oues enim apud eos plurimum ab aliis differunt mollitie. Ornamenta aurea non tantum mulieres sed etiam viri deferunt torquibus collum ornantes, armillis manus aures more Persarum in auribus, pedes nouis ac varii coloris calceis. Milites patriã armis tutantur. Sacerdotes vltra reliquos deliciis vacãt vitam ducentes mundam ac sumptuosam. Stolas lineas maxime tenues, ac delicatas, quandoq; etiam vestes ex moliori lana contextas induunt. Mitras insuper gestãt auro intextas. Sandaliis pro calceamẽtis varii coloris vtuntur, summa arte factis. Ferunt & aurea (mulierum more) præter inaures ornamenta. Hi maxime deorum incumbunt curæ, hymnis & laudibus eorum gesta recensentes. Genus eorum a Ioue Manasse narrant, quum in Panchaiam venisset, quo tempore inter homines versatus orbi imperauit. Referta est ea patria auro, argento, ære, stanno, ferro, quorum nil extra insulam aspor-

Nihil Pãchais priuati.

Sacerdotes pãchaiorũ deliciis dediti.

Inppiter in Pãchaiam exulatus.

tari licet, neq; vero sacerdotibus extra locum sacrum proficisci fas est vltra deprehensum interfici licet. Dona plurima aurea atque argentea diis a longo tempore oblata in templo seruantur. Valuæ eius structura mirabili auro, argento, ebore, sunt decoræ: dei lectus sex est cubitorum longitudine, quatuor latitudine, aureus totus, opifico splendido, ac venuste. Simili modo & dei mensa cum magnitudine, tum pari impensa, splendoreque iuxta lectum posita. Templum ingens ex albo ędificatum lapide, magnis sculptisq; suffultũ columnis duorum iugerum longitudinem cui æqua est latitudo complectitur. Permagnæ deorum statuæ summa arte fabricatæ templum exornant, circum sacerdotes, quibus sacrorum cura demãdata est, domos habent. Ager qui circumiacet stadiis ducentis diis sacer est, cuius vectigal in sacrificiis consumitur.

Sacerdotibus sacrũ locũ exire non licet.

Templũ vltra fidẽ ingens.

Ager circa templũ diis sacer

De Assyria, assyriorũq; viuendi moribus. Cap. III.

Assyria regio Asiæ ab assur filio Sem, vt Augustinus ait, appellatã, hodie Syria dicit, habẽs ab ortu Indiã, & Mediæ partẽ, ab occasu Tygrim fluuiũ, a meridie Susianã, a Septentrione caucasum mõtem. Raro in Assyria, pluit: quicquid in ea frumenti prouenit, fluminis irrigatione paratur, non sua sponte vt in Aegypto, sed accolarũ ingenio & labore tanta alioquin vbertas vt ducẽtena vulgo, & vbi eximie ferax est, trecentena messe redundet tellus: qua ternum digitorũ latitudine tritici & hordei folia sint: Sesami & milii proceritas instar arborũ attollatur. Quę omnia sibi explorata, cunctãtius tamẽ Herodotus memoranda censuit: velut parũ credibilia si iis, qui ea non viderint talia proderẽtur. Palmis vescũtur ex quib⁹ mel & vinũ conficiũt. Fluuialibis nauigiis vtuntur in speciẽ clipei orbicularis, nõ puppi, nõ prora discretis quæ super Assyrios in armenia salicibus texũtur, crudo corio exteriore parte obducto. Amiciũtur Assyrii duabus tunicis linea vna adpedes demissa. Altera linea breui candidaq; stola his superiniecta, calceos pedibus inducũt, quales Thebanæ solę fuerũt, alunt comas mitraq; rediminunt vnguentis delibuti in publicũ exeunt. Anulum signatorium singuli habent, & sceptrũ affabre factum,

Assyriæ fines.

Mel & vinum ex palmis.

Vestitus assyriorũ

Anuli vsus Absq; sceptro in publicum nemo prodit.

cui malum, aut rosa, aut lilium, aut aliud simile sit insitum, sine insigni aliquo id gestare indecorum ac turpe creditum. Ex legibus, quibus ea gens vsa dicitur, ea mihi res memorabilis visa est, quod virgines iam maturæ viro in puplicum productę, singulis annis, iis venales proponebantur, qui vxores traducere vellēt, dabantur primo vænum formosissimæ quæque. Quibus minus spectata erat forma, & quas nō modo non quisquā sibi mercaturus fuisset, sed ne gratis quidem alioqui ductus, ea pecunia, quæ fuerat pulchrioribus venditis in publicum redacta, cōnubio locabantur, Herodotus autor est. Hunc olim morem in Venetis Illirico finitimis seruatum, idque fama se compertum habuisse. Ego (inquit Antonius Sabellicus) tenuerit ne mos ille gentis aliquando, haud multo plus compertum habeo, tātum affirmare possum. Venetis, cuius vrbis opes hodie terra marique insigniter pollent, inter præclara ciuitatis instituta, virgines furto conceptas, & ad limen pietatis expositas, ex publico ad nubiles vsque annos in operto sub tetrica disciplina instituti, quæ sunt elegantiori forma, quoniā sunt ingenue institutæ, aut sine dote matrimonio locari iis præsertim qui periculo aliquo aut graui morbo seruati, votorum damnati, eas sibi in vxores deposcūt. Alii pudicitiam sequuti, aut formam, sine dote ipsas sibi virgines iungūt, modo ii sint, qui liberaliter, quas duxerint, habituri existimētur: aut si nihil horum sit minus graui dote nubunt, quæ forma præstant quam si facie fuerint parū liberali, etsi pari disciplina institutæ. Altera Babyloniorum lex, quo vtilior, eo magis memorabilis: quum nullus ab initio in his esset medicorum vsus lege fuerūt comparatum, vt qui ægrotare cœpisset eos de morbo consuleret, qui idē languoris genus passi essent, medicamq; ad id leuandū opem aliquam experti. Apud alios scriptū reperio, in publicum ægrotos deferri solitos, legeq; cautū, vt qui aliqñ ęgrotassent, male affectos circuirēt, docerētq; singulos, qua ipsi ope potissimum adiuti aliquando a morbo liberati essent. Eorū sepulchra in melle, funebris luctus qui & Aegyptiis. Qui cum vxore noctu congressus est, nihil prius vterq; tangit, quā lotus fuerit, Omnibus Babylo

Virgines nobiles venū expositæ.

Mos a Venetis obseruat9

Babyloniorū lex vtilissima circa infirmos.

Mulieres cū hospite permiscebātur

niorum mulieribus olim mos fuit, ex causa quadam in aliqua re Venerea cum hospite permisceri, cum turba & cultu plurimo ad illum venientibus, quælibet noto aliquo coronabatur, hospes quam cognoscere volebat ponebat super illius genua argentum quantum sibi videbatur, tum coibat cum ea longe à fano abducta argētum: illlud Veneri sacrū erat. Fuere in his familię quędam nulla, re alia nisi piscibus victitantes: quos ad solē arefactos, pistillisque: tusos ex eáque materia asseruata, vndísq; respersa, offas conficiebant, torrebantque eas in vsum panis ad ignem. Tres fuere magistratus, eorū qui iam militia emeriti erāt, nobiliorū alius & senum, seorsum regio posito. Fuere etiā Magi, qui & Chaldæi dicebantur, tales quales in AEgypto sacerdotes, ad deorū cultum instituti, per omnem vitā philosophari, astrorū peritiam tenere, nunc auguriis, nunc carminibus sacris mala hominis aduertere, bono afficere, auguria, insonia, prodigiâq; fida interpretatione explanare: nec foris instituebantur, vt Gręci, sed à parentibus disciplinā, velut hæreditariam sortiti: pueri domestice discebant, quia perpetua cura facilis sequebatur profectus: vna, constans, quæ dicendi ratio, non varia & anceps, qualis apud Græcos, vbi qui eam tradere consueuerunt, varia, de principiis & rerum causis, atq; inter se repugnantia differebant.

Magistratus Assy. Magorū officia.

Mundus æternus habitus à Chaldeis

Sed hi mundum communi assensu æternū opinati, neq; principium habuisse, neq; finem habiturū vniuersorum ordinem & ornatum diuina prouidentia cōstare: cœlestia corpora nō sua spōte fortuitoue motu sed lege quadē, certóq; numinis iuditio moueri. Astrorum cursum vetusta obseruatione, perscrutari, multa, ex illorum inspectione mortalibus futura vaticinari Maximam vim planetis tribuere, præsertim huic quem nostri Saturnum vocant. Charissimum omnium Solem arbitrari, & cui præcipua adesset virtus. Martem, Venerē, Mercurium & Iouem præ cæteris obseruari, quoniam velut proprium cursum sortiti, futura ostenderent, tanquam deorum interpretes. Quod ipsum vsq; adeo persuasum habuerunt, vt quatuor illa astra vno nomine Mercurios appellarent. Ventis prætterea, imbribus, ęstu cometis, solis & lunæ defectu, terræ hiatu, multis de-

Planetarum obseruatio.

nique signis, salubria simul ac perniciosa prædicare Imaginari ad hæc alia sydera illis subiecta: & ex iis quędã nostro hemisphærio, alia subterraneo vagari: pari ad hęc cum Aegyptiis errore duodecim sibi deos finxerunt, quorum singulis mensem, & vnum in zodiaco signum tribuere. Multa quidam regibus ventura vaticinabantur: vt Alexandro victoriam cum Dario dimicatura. Hircanori deinceps Seleuco & aliis Alexãdri successoribus: mox & Romanis successoribus non pauca, quorum euentus fide non caruit. Numerant prętera sydera quatuor & viginti: extra zodiacũ, ad boream duodecim, reliqua austrũ versus: horũ quę appareant ad viuos pertinere arbitrati reliqua ad eos, qui vita defuncti essent. Hęc illi ad alias rerũ ambages offuderunt mortalium oculis: vt quæ de annorum obseruatione meminerunt, quadraginta tria annorum milia à prima suarũ rerum memoria ad Alexandri ascensum colligentes, quo imprudenti quidem mendacio asserebant, nisi aliquis eam annorum rationem menstruam interpretetur qualis apud Aegyptios fuit.

Ex astris Caldęi futura pręd.

Temporum per caldæos supputatio falsa,

De Iudęa & iudęorum viuendi ritibus, legibus, ac institutis. CAPVT IIII.

Palestinæ fines.

Palestina, quæ eadem est quæ Iudæa, particularis Syriæ prouincia, inter Cœlosyriam iacens & Arabiam petream, ad occasum Aegyptiaco alluitur pellago: perfunditur & Iordane fluuio ad orientẽ solem hanc terram bibliaci libri, & Iosephus eos secutus. Cananeam appellant: terram variarum opum diuitem frugibus fertilem, aquis illustrem, opimã balsimo. In medio orbis constitutam, quo fit, vt nec frigore nimio rigeat, nec calore torreatur. Ob quam elementorum gratiã æstimauerunt Israelite siue Hebræi gens antiquissima, & apud quã solam à prima hominis formatione cœlestis ac veri numinis cognitio cultúsq; & primum idioma permansit, eam esse, quę patribus olim Abrahæ Isaac & Iacob promissa à numine esset, terram videlicet lacte & melle fluentem, ideo Iosue fortissimi ducis ductu quadragesimo anno postquam Aegyptum exiissent suæ ditionis fecerunt, vno & triginta regibus

Cananea terra lacte & melle fluens.

Terra Abrahę promissa.

in ea potenti manu deuictis. Leges Israelitę tenēt, ac se cundū eas viuunt, quas à Mose primo suo duce accepe- rūt, quamuis & multis ante Mosen seculis absque lege aliqua scripta pie sanctéq; vixerint veritatē diuinis ora culis animiq; acumine & magnitudine consecuti. Existimabat eximius ille theologus Moses nullam ciuitatem sine iuris & æquitatis cultu diutius consistere posse. Iam quū bonorum præmiis, & impiorum suppliciis suos ad amplexandem virtutem, & impietatem fugiēdam, satis exhortatus esset, tandem super decem illa legum capita duabus tabulis ad Sinam perlata alias populo leges ciuiliaque instituta promulgaui. Hæ quum adeo multę sint, vt solę integrū librum pręstare possent memorabiliores tantum hic ponam cæteræ a Iosepho bibliacísque libris petantur. Sanxit Moses, vt pueri initio leges discant: quum disciplinam ille in se optimam contineāt. Qui Dei nomen blasphemia læserit, per diē suspendatur, insepultus abiicitur, vt ex meretricia pecunia sacrū nullū fiat. Septē sint in singulis vrbibus principes, qui iustitia & prudētia cæteros antecellāt, vt duo cū his leuitici ministri iudicent. In re iudicanda autē, si quid rectum sit, iudicibus parū liqueat, Pontificis, & senioris arbitriores tota decernatur. Ne vnus testis recipiatur, ac ne duo quidem, nisi horū prius sit spectata fides: Tres rite testimonium dicant. Sed ne mulier testis sit, neque mācipium, quod in hoc fortuna, leuitas in illa merito suspecta habeatur. Pręterea ne ex cōsitis arborib⁹ aliquid ante quartū annū attingat, vt tūc ex frugibus decimæ dentur. Propinqui & hospites nonnihil percipiēt, quod reliquū fuerit agricolatoris sit, vt semina mūda nō mixta terræ cōdantur, quid discimiliū cōmunione terra non gaudeat, vtque viator nō à frugib⁹ arceat, sed quātū volet ex his legat, si lectas pñs vsus exigat. Si pudor obstet, vltro accersat. Quę turpē q̃stū fecerit alteri⁹ nupserit vxor ne ducat: vt puella pro virgine ducta, si corrupta sit corpore, repta, flagitiiq; cōuicta lapidib⁹ obruat, aut viua cremet. Siquis virginē alteri despōsatā, nō inuitā vitiauerit, vterq; extremo supplicio afficiatur. Si vis illata fuerit iniuriæ autor pęnā luat. Quę sine liberis vidua relicta ē fratri defūcti cōiu

Leges a Mose traditæ.

decalog⁹ in Sina datus.

pueri leges discāt

blasphemi suspēdantur.

Tres testimonium ferant.

Vidua sine liberis relicta cui nubat. gis nubat, ex eoque matrimonio in successionem generis prolem tollat: si eam ducere nolit, causam apud seniores dicat Si causam probauerit, cui volet illi nubẽdi facultas sit. vt luctus in trigesimũ diẽ extendatur, sat esse id tempus sapienti ad lachrimas. Filius si parentibus iniurius fuerit extra vrbem suspendatur. Hostis bello prostratus nõ insepultus iacerat. Si pign⁹ ab inope creditor acceperit ante nocte restituat. Qui nõ fuerit soluẽdo, apud eũ, cui debet, seruitutẽ seruiat. Si quis contribulẽ emerit empt⁹ sexto mox anno liber existat. Qui aurum & argentum inuenerit, inuentum palã prçconis voce faciat, vt aberrãs pecus ad magistrum gregis reducatur, vel quoad dominus existat, custodiatur. Vt Israelitarũ nemo venena cõficiat, neque cõfecta aliunde emat. Qui venenum alicui miscuerit sceleris conuictus id bibat. Qui oculũ alicui per iniuriam eruerit pari clade puniatur. Si taurus quanquã peremerit cornu, lapidibus obruatur, eius carnes non attingantur. De positum vt sacrũ custodiatur, vt filius patris scelus non luat, nec parentibus erit fraudi, si quid filius deliquerit. Et hæc domi. Militiç vero illa, vt bellum priusquam inferatur res per legatos aut præcones repetantur: si res nõ reddant, dũ placet, rite inferatur. Administrãdi belli summa penes hunc sit, qui strenuitate & prudentia alios anteibit: vt miles ex omni multitudine fortissim⁹ legatur Si hostis obsidione premitur frugifere arbores ne lędãtur. Læsç enim si vocem habeant conuitium facerent populatori: Rebelles victor ad vnum interficiat. Cçteri quũ victi fuerint tributarii aut vectigales fiant. Ne qua mulier belli tempore virile attingat instrumẽtum neque vir muliebre, vt vescendi sanguinis vsus, in vniuersum Israelitis nullus esset. Lepra infecti, & quibus genitale semen sponte flueret, ciuitate expellerẽtur: & in his mulieres septenis diebus, quæ menstruç essent, octauo redirent:: totidem dies aberent, qui funestrã domum haberent vt sacerdos duabus agnis pro eo faciat, qui fluuiũ seminis per quietam passus est, ipseque prius frigidam aquãm ingrederetur. Parique ratiõe expiarentur, qui cum coniuge parum legitimis diebus concubuisst, Puerpera. xl. dies templo arceatur si marẽ enixa

Filius parẽtib. iniurius suspẽdatur.

Aes inuẽtũ proclametur.

Venena miscere Iudęis prohibitum.

Leges castrenses.

Sanguine Iudęi nõ vescũtur.

leprosi et Gomorrei ciuitate expellebantur.

Expiationes Iudçorum.

fuiſſet, ſi fœminam octoginta. Qui vxorem impudicã arbitraretur, hordeaceę farinæ aſſarium offerret: mox ea ad templi poſtes conſtituta in ſacerdotis verba iura ret cogeretur, nihil læſam à ſe pudicitiam. Si falleret femore dextro diſiuncto, vteroque putrefacto morere tur, Si caſte iuraret, decimo menſe puerum ſine vteri no xa eniteretur: tum vt ſacerdos dei in membrana nomẽ diluens phiala det iuratę mulieri bibendum. adulterio inceſto, ſedomiticæque fœderati capitalem pœnã irro gauit. Vt ſacerdos manco debiliue corpore altaris aſ- cenſu prohiberetur: aleretur tamẽ ſacris oblationibus. vt terra ſeptimo quoque anno ſi quando Chananæam Iudæi obtinuiſſent aratri eſſet immunis. Quę tell⁹ ſua ſpõte ferret quinquageſimo quoq; anno, qui Iobeleus dicebatur, tribulib⁹ eſſet & extraneis communis, debi tæ relaxarentur pecunię libertate ſerui donarẽtur, p̃- dia quæ vilius veniſſent antiquis poſſeſſoribus redhibe rentur. His ille inſtitutis domi foriſque id tempus quo vita deceſſit, Iſraelitas inſtruxit. Adhibuit & pręcatio- nẽ ſollennẽ, pro eorum ſucceſſu qui rite leges & inſtitu ta ſancte cuſtodirent cõtra diras imprecationes in præ uaricatores. Poſtremo populum ſacramento adegit, vt diuinas & humanas leges, quæ ſemel late eſſent perpe tuo obſeruaret: nec ſi quis violare eſſet auſus impune fa ctũ putaretur: Cęterum quia ſatis conſtat nullũ genus hominũ cęremoniarũ ſtudioſius magiſq; relioſum fuiſ ſe vnquam quã Iſraelitæ fuere, quę fuerit apud illos ſa crificãdi ratio abĩitio inſtituta operępręciũ duco breui ter explicãda. Duobus ab initio ſacrorũ generib Iudæ vſi ſunt, quorum vnum holocauſtũ dixere, idquè primo res gentis perpetrabant: qui erat ſiue boue, ſiue agno rẽ diuinam facturus, ſiue quid aliud immolaſſet, annicu- la maſculaque eſſe oportebat animalia aris adhibenda altaris oram ſacerdos victimali cruore perfundebat, in de hoſtiam membratim diſſectam ſuper aram concre- mabat. Alterum genus plebeium, in quo maiora anni culis offerebant cruoreque ſuper aram diffuſa, renes, adeps, omenta imponebantur flammis pectora & cru- ra dextera ſacerdotibus dabãtur, quæ ſupererent ntra, biduum, qui rem diuinam feciſſent eſitabant. Inopia ſi

Solennis ſuſpectarũ vxorũ expurgatio.

Adulterii pœna.

Septẽnii obſeruatio.

Iobeleus pręcipitur obſeruari.

Cęremoniarũ Iudæorũ ratio.

Holocauſtũ ſacrificium primorum.

Plebeiorũ ſacrificium.

Inopum sacrificiũ qui premebantur columbas offerre, aut turtures duas, quarum hæc in holocaustum abibat, illam sacerdotes sortiebantur. Piacula. delinquẽtium Qui imprudens deliquisset, huic annicula agna erat, aut hœdus piaculum. Qui occulti sibi criminis fuisset cõsci⁹, ex præscripto legis cęso ariete expiari oportuit. horum carnibus vescebantur sacerdotes in templo, tam publicis quam priuatis sacrificiis: Publicũ sacrificiũ. mundissima farina adiicitur, in agno assarii mẽsura, in ariete duorum, in tauro trium. Adiberi, & oleum, quod sacris infũdebantur. Agnus mane & vesperi publice immolari Septimis quisque diebus, que ipsis ex lege Sabbatũ Iudæis maxime sacrum. maxime sacrę erat, sabbata dicebãtur, geminatæ hostię aris admouebantur. Principio mensis duo boues cum septem anniculis agnis, ariete vno, & hędo vno piaculi causa. Adiiciebant binos hędos, horum vnus extra fines missus multitudinem expiabat: in suburbana alter delatus, loco purissimo cum totis velleribus cremabatur. Pontifex tuarum in id sacrum, & in holocaustum arietem dabat. Fuerunt & illis alia sacra: statis cæremoniis Mensis Hyperuertheus. feriis ve permixta, quale fuit. 15. mansis die, quam Macedones hyperueretheum dixerũt & vertente autumno tabernacula figure holocaustáque fertis tenentibus stata quotamnis reddere, myrrhæ, salicis palmarum & mali Persici ramos, qui hæ facerẽt, gestantibus Xanthi Mensis Xanthic⁹ id est aprilis. co mense: vnde principium sumebat annus sub plenilunii diem, sole arietem transeunte: quia his diebus ex Aegypto egredi contigisset, mystico agno faciebant. Inde azymorum ferię, luna itidem plena paucis inter- Azymorũ feriæ. iectis diebus celebres erant genti: tauri duo, aries vnus, agni septẽ quotidie per eos dies holocausto cremabantur. Adiiciebatur hyrcus vnus piaculi nomine. Secũda Penthecoste. azymorũ primitiæ frugum cũ olei assario dabantur, & frugum principiis agnus in holocaustũ. Erant & penthecostes statim dies, Asarthan id illi tẽpus vocibãt, id est, quinquagesimam, fermentatos tum panes ex siccis alphithis offerebant Agnas duas in holocaustum, vitulos duos, arietes totidem, duósque pro piaculo hyrcos. De iudeis & Mose duce eorũ Ethnici scriptores ab Ecclesiasticis dissentiũt Cornelius enim Tacitus vigesimoprimo, diurnaliũ libro egressionem gentis illius ex

Aegypto non diuinę voluntati, sed necessitati tribuens scribit. Orta per Aegyptum scabie & prurigine fœda, Bocchorim regē in Homonis templo remediū penisse, iussum regnum purgare atq; illud hominū genus dies inuisum alias in terras ablegare. Quo expulso, vbi ingens scrabiosorū colluuies vastis in locis relicta cōsedisset, cęteris per lachrymas torpentibus, Mosen vnum exulū monuisse, nequā deorum hoīmq; opem expectarent. sed sibi, vt duci, crederēt, assensum esse, atq; omniū ignaros fortuitū iter arripuisse: sed nihil æque: quā aquæ inopia laborātes: cum iam haud procul exitio totis campis procubuerāt, vidisse agrestium asinorū gregem è pastu in rupem nemore opacā concedere, secutū Mosen, quo sibi in posterum gentē firmaret nouos ritus contrarióśq; cæteris mortalibus indidisse. Profana illic oīa, quæ apud nos sacra, rursum cōcessa, quę nobis incesta. Animalis effigiem, quo monstrāte sitim, errorémq; depulerent penetrali sacrauere, cæso ariete in cō tumeliam Hamonis. Bos quoq; immolatur, quem Aegyptii apim colunt. Sue abstinent ob scabiem vitandā cui animal hoc obnoxium. Septimo die ociantur, quia is finem laborum tulerit, deinde blandiante inertia septimum quoq; annum ignauię datum: alii honorē cum Saturno haberi ob famem & ieiunia. Panis eorum non fermentatur. Hi ritus quoquo modo inducti defendūt: & quia apud ipsos, fides obstinata, & misericordia in promptu est, sed aduersus oēs alias gētes hostie odium separati epulis, discreti cubilib⁹, proiectissima in libidinem gens, alienarum concubitu astinēt, inter se nihil illicitū, circuncidere genitalia instituere, vt diuersitate noscantur. Nec quicquā prius imbuunt, quā cōtemnere deos. Animas pręlio aut supplicio peremptorū ęternas putant: eadem cura & de inferis & persuasio cœlestiū. Contra Aegyptii plæráq; animalia effigiésq; compositas venerātur. Iudæi mente sola, vnúmq; numē intelligunt. Prophanos qui deorū imagines in species hominum fingunt. Hæc & multa alia Cornelius Tacitus & Trogus libro 36. scribunt. Iudęorum sectę tres a cōmuni reliquorum vita discretæ erant. Pharisæorum, Saducæorum, Essæorum, Pharisæi cultu austero, & vi-

Israelitæ ex Aegypto expulsis.

Iudæorū rit⁹ cęterorū mortaliū ritibus contrarii.

Religio Iudæorū.

Pharisæorū mores

ctu perparco vtebantur, traditiones suas statuẽtes quibus traditiones Mosi determinabant. Pitacia chartarũ in fronte gerebant, & in sinistro brachio quibus decalogus inscriptus erat, quòd dixerat dominus habebis, quasi quid appensum inter oculos tuos & in manu tua. Et hæc phylateria dicebantur, a phylexere, quod seruare est, & thorat legem. Hi etiam maiores fimbrias aliis ferentes spinas eis affigebant quibus puncti inter eundum memores mandatorum dei fierent. Vniuersa deo deputabant, & Emarmeni, id est, fato agere quidẽ quæ iusta sunt, vel negligere in arbitrio hominum plurimum esse dicebãt, tamen in singulis adiuuare Emarmenem, quam ex motibus corporum superiorum fieri putabãt, superioribus suis & natu maioribus nunquam contrarium respondebant. Iudicium dei futurum credere, omnem animam incorruptam esse, solas bonorũ animas in alia transire corpora vsque ad resurrectionem & iudicium: malorum autem ęternis detrudi carceribus: & quia a communi hominum habitu diuersi erant, ideo Pharisæi dicebãtur. Saducæi Emarmenem negabant deum inspectorem omnium dicentes, & in arbitrio hominum situm esse vt bonum malúmve faciant. Animarum post hanc vitam vel supplicia negabant vel gaudia, quod resurrectionem mortuorum futuram negabant, animas mori cum corporibus putantes: nec angelos esse dicebant solos quinq; libros Mosi recipiebant. Ipsi seueri nimis erant, nec inter se sociales, ob quam seueritatem Saducæos, id est, iustos se nominabant. Essęi vero in omnibus monasticam agebant vitam, nuptias & fœminarum congressum omnino fastidiẽtes, non quia coniugia & hominum successionem censerent perimendam sed cauendam intemperantiam mulierum, nullam earum fidem seruare viro putantes. Omnia habebant communia probra vnguentum & balneum ducentes, squalorem decus putabant, dummodo in veste candida semper essent. Nulla eis certa ciuitas, sed in singulis domicilia habebãt Ante solis ortum nihil profanum loquẽtes, Solem, vt oriretur orabant, post vsq; ad quintam horam operantes, loti corpus in aquis, simul & cũ silentio edebant. Iura-

Aĩas in alia corpora migrare.

Animas cũ corporibus interire.

Essæorũ vita tota monastica.

Omnia Essęis cõmunia erant.

mentum habebant pro periurio. Sectæ suæ neminem adhibebant, nisi sub annua probatione. Recepti autem ad se post annum, duobus aliis annis mores probabant, deprehensum in pecatis a se pellebant, vt herbas pecorum more decerpens, vsq; ad obitum pœniteret. Quũ decem sederent, nullus nouẽ inuitis loquebatur. Spuere in medium, vel in dexteram partem sui vitabant. Adeo sabbatũ obseruabant, qnod nec eo die aluum purgarent, dolabram ferebant ligneam, qua in loco secretissimo fodiebant terram ad aluum purgandã: demissa veste, diligenter se cõtegentes, ne splendori diuino facerent iniuriam, ob id etiam statim foueam replentes, viuebant quam longissime ob victus simplicitatẽ, Palmis enim victitabãt. Pecunię eis nullus vsus erat. Mortem pro iustitia iudicabant meliorem. Animas omnes à principio creatas pro temporibus incorporari, exutas bonas corporibus vltra oceanum degere, vbi sit reposita eis perfruitio ad orientem magis malis procellosa & hyberna loca delegãtes. Erant in eis qui futura prędicerẽt, quidem coniugibus, sed moderate operam dabant, ne si à mulieribus abstinendum arbitrarẽtur, genus humanum deficeret. Syriam hodie Gręci inhabitant, qui & Griphoni dicunt, Iacobitę. Nestoriani. Sarraceni, duęq; Christianę pietate gentes Syriani & Marouini. Syriani Græcanico ritu sacrificant paruerunt q; aliquandiu Ro. ecclesiæ. Marouini sentiunt cum Iacobitarum gente. Horum lingna & literæ, quæ & Arabũ. Ad Lybanum montem habitant hæc piorum hominũ genera. Sarraceni circa Hierosolymam strenui in bello, gaudea. agrorum cultura. Syriani innutiles. Marouini pauci numero, sed viri pugnacissimi.

Sabbati obseruatio.

De anima Ebæorũ opinio.

Aĩarum exutarũ corpore, merita.

¶De Media Medorumq; moribus.

CAPVT V.

MEdia Asiæ regio a Medo Medæ & Egei Atheniensium regis filio appellata, & populi Medi dicti, vt Solinus refert. Iosephus autem à Medio Iaphet filio dictos fuisse scribit. Hæc regio, vt Ptolemæus habet, à septentrione mari Hyrcano terminatur, ab occasu maiori Armenia & Assyria, à meridie Perside, ab oriente Hircania ac Parthia quæ montibus excludatur.

Medię appellatio.

Mediæ fines.

Studia gentis. Sagittandi, equitandique studium genti præcipuum ac pene peculiare. Peruetusta & Regum veneratio. Tiara pileus rotundis & manicatæ vestes ab his ad Persas cũ Imperio fluxere. Proprium Medorum regum fuit plures vxores ducere, mox & in priuatos trãslatum vt minus septem habere non liceret. Pulchrum & fœminæ multos habere viros, pauciores quinque calamitatem arbitrari. Ineunt fœdus Meditum Gręcorum ritu tum, feriendo brachia, quo illi humeris cõnectuntur ac mutuum sanguinem dilingunt. Sterilis regio, qua ad septentrionem obuersa est: quo fit, vt ex malis in hunc vsum exiccatis ac contusis massam conficiant, ex tostis amygdalis panem, ex herbarum radicibus vinum, ferinis carnibus plurimum victitantes.

¶De Parthia & Parthorum viuendi moribus.

CAPVT VI.

Parthiæ termini. PArthiam Parthi Scytharum exules à se vocauerunt, terram furto occupatam, à meridie Carmaniam, à septentrione Hyrcanum solũ, ab occidua solis plaga Mediam, ad ortum Ariam habentem. Regio est nemorosa, montana, & inops frugum, Gens ipsa Assyriis Medísq; temporibus obscurissima. Regnoq; à Medis ad persas translato, velut vulgus sine nomine, victoribus predæ fuit, Postremo Macedonib⁹ seruiuit. Procedẽte deinde tempore, ea fuit ipsius gentis virtus, hi rerũ successus, vt nõ tantum finitimis imperaret, sed à Romanis omnium gentiũ victoribus bello petita, eos magnis cladibus victos affecerit. Plinius quatuordecim Parthorum regna numerat. Trogus his orientis imperium attribuit, velut orbis diuisione cum Romanis facta. Administratio gentis post defectionẽ Macedonici Imperii sub regibus fuit: qui Arsaces ab Arsace primo Rege dicebãtur omnes. Regũ maiestati proximus populorũ ordo fuit: ex hoc duces in bello, ex hoc rectores in pace electi. Sermo his inter Scythicum Medũmq; medius, ex vtriũsq; mixtus. Vestis olim sui moris: posteaquam accessere opes, vt Medis, perlucida ac fluida. Armorum patrius ac Scythicus mos. Exercitum non vt alię gentes liberorum, sed maiore ex parte seruorum habent. Quorum vulgus nulli manumittẽdi

quatuordecim Parthorũ regna. Arsaces Parthorũ reges.

potestate permissa, ac per hoc omnibus seruis nascentibus indies crescit, hoc pari cura ac liberos suos habēt, & equitare & sagittare magna industria docēt. Vt quisque locuples est, ita magnum Regi ad bellum ituro equitatum instruit. Itaq; Antonio bellum Parthis inferenti, quum quinquaginta millia equitum occurrerēt, soli. DCCC. liberi fuere. Cominus in acie prçclari nesciunt, obsessasq; expugnare vrbes: pugnant autē procurrentibus equis, aut terga dantibus, sæpe etiam fugam simulāt, vt incautiores aduersus vulnera insequētes habeant, signum his in prælio nō tuba, sed tympano datur, nec pugnare diu possunt. Cęterum intollerabiles essent, si quantus his impetus est, vis tanta & perseuerātia foret: plęrunq; in ipso certaminis ardore prçlia deserunt ac paulopost pugnam ex fuga repetunr, & cum maxime vixisse te putes, tunc tibi discrimen subeundum sit. Munimentum equitibus loricæ plumatæ, idem & equis, quibus bello vtuntur. Auri argentiq; nullus olim, nisi in armis vsus. Vxores dulcedine variæ libidinis singuli plures ducunt, nec vllum grauius flagitium, quam adulterium vindicant, ob id mulieribus nō conuiuia solum virorum, verumetiam conspectum interdicunt. Quidam autē, & in his Strabo, coniuges eos suas amicis in matrimonium tradere, vt liberos ex eis suscipiant. Carne non alia vescuntur, quamue natibus quæsita. Equis omni tēpore vehuntur, his petunt bella, his conuiuia adeunt, mercātur, colloquuntur, omniaq; publica & priuata obeunt munia, equo sedētes: atq; singulare illud inter ordines discrimen, quod seruilis fortunæ viri pedibus comeāt, ingenui equis vehuntur. Sepultura vulgo aut auium, aut canum laniatus est, Nuda demum ossa terra obruunt, deorum curo venenatioque prçcipua. Ingenia genti tumida, seditiosa, fraudulenta, procacia, quippe violentiam viris, mansuetudinem fœminis assignant. Semper aut in externos, aut in domesticos motus inquieti. Natura taciti, ad faciendum, quā ad dicendum promptiores. Proinde secunda aduersaq; silentio tegunt. Principibus metu non pudore parent. In libidinem proiecti, in cibum parci, fides dictis promissisq; nulla, nisi quatenus expedit.

Parthorū pugnādi ratio.

Sepultura parthorum.

De Persia, & Persarum moribus, ritibus, & institutis. CAPVT VII.

Persia Orientalis regio, à Perse Iouis & Danaes filio dicta, à quo & Persepolis totius gentis caput, Populi Persę dicti sunt. Hæc regio vt Ptolomæus lib. 5. scribit, à septentrione Medis terminatur, ab occasu Susiana, ab ortu solis duabus carmaniis, à meridie parte sinus Persici. ei⁹ oppida fuere Axima, Persepolis, Diospolis. Cœlũ Persę Iouem credidere. Solem quam Mitram dicunt imprimis venerãtur: colunt & lunam, Venerem, ignem, tellurem, aquã & ventos non aras, non statuas, habere, sed sub dio, excelsoq; loco sacra operari cum imprecationibus coronatam hostiam ad aram stantes, nihil præter hostiæ animã superis dandũ existimare, nec eos etiam quicquam aliud velle, quorumdã tamen in ea gente extra focos imponere moris fuit: Igni sacrificãtes arida ligna imponunt cortice adempto, & aruina superiniecta, deinde infuso oleo succendunt, nõ inspirantes, sed ventilãtes: quod si quis inspirarit, aut mortuũ quid, cœnúmve in ignem immiserit, morte plectitur. In flumine persæ nõ lauantur, nõ micturiũt, nec cadauer iniiciunt, non etiã spuunt, aut quid calefaciunt, sed aquam hoc modo religiossime colunt. In lacum vel flumen vel fontem veniẽtes scrobem faciunt, ibiq; hostiam iugulant, cauẽtes, ne quid proximę aquæ sanguine cõtingatur, tanquam omnia polluturi. postea carnibus super myrto lauro impositis eas magi subtilibus virgis comburunt, & factis imprecationibus quibusdam, oleum lacte & melle mixtũ inspergunt, nõ in ignem, nec in aquam sed in terram imprecationes per multum tempus faciunt, fasciculum virgarũ myricinarum tenuium tenẽtes. Reges creant ex vna familia: qui regi non paruerit, capite & brachiis amputatis insepultus abiicitur. Refert Policritus quod Persarum regum quisq; suas ædes in monte faciat, & thesauros, & tributa, quæ exigit: ibi recondat, bene administratæ rei monumentum. Exigere eos ex ora maritima argẽtũ, ex mediterranea, quæ, quæq; regio ferat, vt colores, medicamenta, lanam, vel aliud tale eodem modo & pecora. Neminem illi ob vnam tantum causam occidere

Persiæ cõfinia.

Religio Persarũ.

Aquã religiosissime colũt.

Reges ex vna familia creant Persæ.

licet, neque alicui aliorum Persarum quicquam in aliquem ex familia sua atrox agere. Vxores ducunt singuli multas, alúntque propagandæ sobolis gratia, pellicésque plurimas. Reges pręmia proponunt iis, qui vno anno plures procrearint filios: qui creati sunt, ante quinquennium ad patris conspectum gentili instituto non perducũt sed apud fœminas degũt: ea pręcipue gratia, vt si inter educationem quis decedat, nullam è damno patri afferat molestiam. Nuptię verno æquinoctio celebrantur. Sponsus malum, aut chamelli medullã, nec super hæc aliud quicquã cœnat⁹, thalamũ ingrediatur. A quinto anno ad quartum & vigesimũ discunt equitare, iaculari sagittare, & imprimis vera loqui: disciplinarum magistris continentissimis vtuntur, qui fabulas, deorum laudes, virorûmque illustriũ complexas, cũ cantu, interdum voce tantum ad vitæ institutioné referũt. Aëris sonitu vocati vnum in locũ ad hæc discẽda pertendunt. Ratio ab his deposcitur eorum, quæ pueri audiuerũt. Decursione vtrũtur, duce sibi, quem sequantur ex principum filiis aliquo ad id lecto: campus quẽ decurrant, vt minimum, triginta habet stadia. Ad æstum & frigus perferendum, torrentium transitu exercẽtur. In armis & in madidis vestibus perdurant, pascuntur, rusticantur. Fructibus terebinthi, glandibus, piris agrestibus vescuntur quotidianus cibus, post cursum, cæterasque corporis agitationes, panis durissimus. Cardamum, & salis granum, assæ carnes indifferenter, & elixæ, aqua potus, Venentur missilibus telis ex equo arcu & sagittis vsi, vtuntur & funda: ante meridiem arbores serunt, radices effodiunt, arma fabricantur, aut lino & retibus student. Pueri auro exornantur, & in primis deliciis Pyropus est illis lapis, quẽ summo in honore habent, & ob id mortuo eum non apponunt: Nec etiam ignem, ob honorem & reuerentiam, quã illi deferunt. A vigesimo anno ad quinquagesimũ militant: forẽsem vsum non norunt, neq; vendunt quicquã neque emunt. Cetro in Rhombi speciem ad bellũ instruuntur, ac pręter pharetram sagarim & sicas habent, & pileum turritum: squammosum gestant circa pectus thoracem. Principes anaxyridem triplum habent, & tunicã manicatã

Studia quibus Persarum pueri instituũtur.

Persarum vict⁹ quotidianus.

Principiũ Persarũ vestitus. Vulgi per fisci vestitus.

ad genua demissam: intus cãdida fultura, exterior pars colore infecta. Amictum æstate purpureum, hyeme varium. Tiaras magorum infulis similes. Vulgus duplici muniuntur tunica, ad media vsq; crura demissa: circum caput sindonii veli volumẽ ingens. Lecti & poculorum ornatus ex auro & argento: de rebus maximis non, nisi medio potu, consultant, eam demum consultationem firmiorem rati, quam quæ à sobriis sit inita. Noti inter se, & æquales, osculo se in occursu excipiunt. Qui humiliori sunt fortuna, venientem adorant. Solo sepeliunt corpora, cera oblinentes. Magos insepultos abiiciunt, auibus laniandos Cum matribus instituto quodam peculiari coeunt, & hi ritus morésq; Persarum fuere. Herodotus & alios quosdam habet haud memoratu indignos, vt quod ridere coram rege, aut spuere nefas duxerint, & flagitiosum. Græcos ad his rideri, quibus persuasum esset deos ex hominibus ortos, quicquid nefas esset, facere idem & dicere nefarium arbitrari. Turpe cretum debere, sed omniũ turpissimum mentiri Cadauera non prius humare, quã à canibus aut à litibus traherent & quod indecorum sit cæterarũ gentium opinione, parentes iniuria adacti vulgo filias prostituebant: quanquam Babyloniorum id proprium esset. Hodie Persæ à Saracenis victi, Mahometíque delyrio imbuti, in tenebris agunt: bellica olim gens, vt quæ diu in oriente sit rerum potita, nunc armis desueta, veteri gloria excidit.

De India, & indorum prodigiosis ritibus moribúsque viuendi. CAPVT VIII.

Indię magnitudo & discreptio.

INdia oriẽtalis regio, Asiæ terminus, tam vasta perhibetur, vt eam tertiam omnium terrarum partẽ tradant. Pomponius tantum littoris occupare scribit, quantum per 40. dies noctésque velificantibus cursus est appellata a flumine indo, in quẽ ab occidentali plaga desinit, à meridionali mari incipiens adúsq; solis ortum porrigitur, & à septentrione vsq; ad montẽ caucasum peruenit: gẽtes habet multas, & oppidis adeo exculta, vt quidam in ea quinque millia fuisse dicant: nec mirum sit, vel de hominum, vel de vrbium copia: quum soli indi nunquam à natali solo recesserint. Fluuios memorabiliores Gangem, Indum, Hypanim, sed

Oppida Indię quĩq; millia.

omnium maximus, Ganges. Terra fauonii ſpiritu ſalu berrima, in anno bis metit fruges, vice hyemis Etheſias patitur ventos. Vino carent, quamuis nō deſint qui hoc quoque Muſicanum ſolum ferre autumant. Nardū fert auſtralis ora: fert & Cynnamomum, piper, & calamum aromaticum, vt Arabia & Aethiopia. Ebenum arborē ſola producit. Pſittacum auem, monoceron beſtiam, beryllis, chryſophraſis, adamantibus, carbunculis, lychnitibus, margaritis, vnionibus, gemmis abundat. Binę illic æſtates, leues auræ, temperius cœlum vbertas ſoli, aquarum abundantia. Centum ob id & triginta annorum æuum eorum quidam, vt muſicani agunt. Seribus vita aliquanto longior. Indis omnibus eſt promiſſa Cęſaries, non ſine fuco cærulei aut crocei coloris: cultus præcipuus cum gemmis, habitus diſcrepantiſſimus, alii laneis, alii lineis peplis veſtiuntur, pars nudi, pars obſcœna tamen amiculati, plurimi etiam flexibilibus libris circundati. Niger vulgo corporis color: in materno vtero tales fiūt, ſeminis diſpoſitione, quales ipſi ſunt qui genuere. Genitale ſemen, vt Aethiopibus, nigrū, ſtatura procera ac valida. In victa frugales ſunt. pręſertim in caſtris, nec multa turba gaudent: ornatu plurimo (vt dixi) vtuntur, à furtis magnopere abſtinent, legibus vtū tur non ſcriptis, literas non norunt: ſed omnia memoriter adminiſtrant, & propter ſimplicitatem ad vitę parſimoniam omnia eis proſpere ſuccedunt. Vinum non niſi in ſacrificiis bibunt, potum ex oriza conficiunt & hordeo, cibus magna ex parte oriza ſordibilis eſt. In legibus & contractibus maximam ſimplicitatem eſſe, vel ex eo argui poteſt quod non multum ſunt litigioſi nam nec commiſſi: nec depoſiti iura vlla habēt, nec teſtibus indigent, nec ſigillis, ſed ſimpliciter credunt: domum frequentius in cuſtoditā habent, quę profecto oīa continentiæ ſunt iudicia. Cęterū nō facile quis admittat: vt qđ ſoli degāt, & qđ nō vna oībus, & cœnandi, & prandendi hora ſit, ſed vt cuiq; libitū ſit. Nā ad ſocialē ciuileq; vitā illa ſunt cōmodaciora. Exercitā præcipue frictionē probant, & maxime ſtrigilibus. Ebeno arbore corpora expoliūt. In tumulis & ſepulturis faciendis perpaci. In cultu corporis nimii. Nam & aurū geſtāt, &

Indiæ vbertas admiranda.

Longiſſima Indis vita.

Literarū apud Indos null⁹ vſus.

Pot⁹ & cibus ind.

Simplicitas indis affectata.

Frictio corporis probatur.

lapillis ornantur, & sindonem candidissimam induunt & vmbellas secum portãt: nam pulchritudinem excolẽtes, omnia faciunt, quæ ad decorandam faciem pertinent, veritatẽ perinde recipiunt atq; virtutem: ætati senum prærogatiuam nullam tribuunt, nisi prudẽtia excellant. Multas nuptas habent, quas à parentibus accipiunt, pari boum emptas, aliàs obedientiæ gratia, aliàs prolis ac voluptatis, & nisi castas esse cogant, fornicari licet. Nemo ex Indis coronatus, sacrificat, nec adolet, nec libat. Victimas nõ iugulant, sed præcluso spiritu necant, ne quid mãcum deo offeratur, sed integrum. Qui falsus testis depræhenditur extremis decurtatur digitorum articulis. Qui membro aliquo quempiam orbauerit, non modo talionis pœnã subit, sed etiã manu truncatur. Quod si quis artifici manum oculumue ademerit, capitale est. Regis corpus empciæ mulieres curant, quę regem custodiunt, & reliquus exercitus manet extra portas. Si qua mulier Regem ebrium occiderit, manus habet, vt cum illius successore iungatur, succedunt autem filii. Regi interdiu dormire non licet, nocte cogitur cubilia per horas mutare, idque propter insidias. Quum in castris non est sæpe exit: nam & ad iudiciũ exit, & audit: & si hora est, vt corpus curet, quod strigilũ fit perfrictione, simul & audit & a tribus perfrictoribus perficatur: exit etiam ad sacrificia: tertia ad venationẽ. vbi Bacchico more maxima mulierũ caterua circũfunditur: stipatores foris manẽt via funibus obtexitur: quod si quis intro ad mulieres præuaricauerit, capite plectitur: præcedunt eum tympana & tintinnabula. Quũ in locis septis venatur, assistunt ei duę tres ve mulieres armatæ: quũ vero in locis non clausis venatur ab elephante sagitta mulierum aliquę in curribus sedent, quædã in equis ac elephantis: quamadmodũ & militãt: omnibus armis exercitate multũ profecto a nostris discrepantes. Atq; hęc eriam à rerũ scriptoribus dicũtur, quod Indi Iouem pluuialẽ, & Gangẽ flumen, & indigetes genios colãt: & quũ eorũ Rex capillos abluat solẽnia celebrẽt, & maxima dona mittant: diuitias suas certatim ostendẽtes. In septem ordines olim diuisa vniuersa gens fuit, quorum primus philosophorum erat, qui

Senibus nisi prudẽtes sint honor nullus exhibitur.

Sacrificãdi Indorũ ratio.

Regis vita mulierib. apud Indos permissa.

Indorum gens in ordines septẽ diuisa.

cæteris numero pauciores, honore & dignitate apud Reges longe anteibāt. Hi ab omni opere immunes neque seruiunt vnquam, neq; imperant, recipiuntq; a priuatis ea, quibus sacra diis faciāt, & curam habeant defunctorum, tanquam chari diis: & quæ fiant apud inferos præcipue norint: proterea dona plurima honorésq; eis impenduntur multum enim prosunt Indorum vitæ. Nam anni principio vna conuenientes siccitates, pluuias, ventos, morbos, prædicunt: cæteraq;, quorum cognitio possit vtilis esse: futura enim audientes cum populus tum Rex & futura declinant mala & bonis futuris imminent. Qui autē philosophus falsa prædixerit, nullam, prçterquā quod perpetuo silet, pœnā subit. Secundus ordo est agricolarū, qui multitudine superātes cæteros, a bello reliquóq; opere liberi, solis agris colendis tempus impartiunt. Nullus hostis eos lacessit neq; spoliat, sed existimans illos in communi vtilitate versari ab omni iniuria abstinet: itaq; soluti metu agricolæ terrámq; libere colentes, rerum afferunt vbertatem viuunt autem in campis cum vxore & liberis neq; in vrbes commeant: dant Regi (omnis enim India subdita est Regibus) tributum, nulli priuato licet agros possidere absq; tributo, quintam quoq; fructum partem regibus impendunt. Tertiū ordinē conficiunt omnis generis pastores, qui neq; in ciuitatibus, neq; in villis morantur. Vtuntur tabernaculis, venatu ac retibus tutas à feris auibúsque regiones reddunt: hoc exercitio Indiam domesticam præstant multis variisq; tum bestiis, tum auibus sementi agricolarum infestis copiosam. Quartum locum artifices: tenent quorum pars armis, pars rusticis in mentis, alii aliisvtilibus rebus fabricandis vacant. Hi non solum immunes à tributo sunt, sed frumentum insuper à regia percipiunt. Quinto ordine milites, sed numero secundi belli disciplina exercentur omnis ea multitudo armis debita, tum equi elephantique bello apti ex Regia victum habent. Sextus est ordo Ephororum: hi quæcunque in India aguntur inspicientes regi referunt. Septimo loco existunt, qui publicis consiliis præsunt numero paucissimi, nobilitate prudentiaq; maxime insignes. Ex his enim ad regum con-

Philosophi quantum vitæ nostræ prosint.

silia, tum ad rempublicam gerēdam, tum ad res pubias iudicandas asciscuntur: duces insuper ex his deligun-tur, ac principes. Has in partes Indiæ politia distributa, haud quaquam licet vnius ordinis virum alterius vxo-rem ducere neq; exercitium mutare. Neq; enim fas est militem agrum colere, aut philosophari artificem. Sūt & apud Indos statuti principes, qui iniurias ab aduenis prohibent si qui eorum infirmentur, cōductis medicis curant defunctorúmq; sepeliunt, eorum pecunia proxi mioribus tradita: Iudices causas cognoscunt, sontes di-ligenter puniunt. Seruilis conditionis apud eos nemo fuit, imo lege quadam sancitum, neminem omnino ser uum esse: liberos ęquo iure honoréq; haberi omnes, qui assuescerent neq; præstare cæteris neque iniuria quen-quam afficere optime ob omnes fortunę casus instituis se vitam, stultū sane videri leges æquas omnibus posi-tas: fortunas non æque omnibus communes esse. Sed quia Indorum gentes multæ sunt, & forma, & lingua propter latissimum regionis tractum, diuersæ, non iis-dem, quos descripsimus, moribus æque omnes viuunt, sed quibusdā etiam incultioribus. Eorū qui aurorā spe-ctant alii rei pecuarię dediti sunt, alii non. Itē alii in pa lustribus fluminibus habitātes crudis vescuntur pisci-bus egressi arundineis nauigiis exceptant Singula autē nauigia è singulis arūdinis internodiis fiunt, isti ex In-dis ferūt vestē è tegere, quā vbi è flumine messuerūt in ciderūtq; plectētes in modū storeæ, tanquā thoracē si bi induunt. His finitimi aurorā versus sunt Indi pecua-rii carnib⁹ crudis vescētes noīe Padę, qui talibus vti mo ribus narrantur. Quoties ciuiū aliquis, aliquaue ægro-tat, virū quidē sui maxime familiares interimūt, qđ di-cant illū morbo tabescētem carnes ipsis corrupturū: & licet se neget ille ægrotare, at nihilominus isti nō igno scentes necāt eū, epulanturq;. Mulieri vero suæ maxi-me necessarię idem, qđ viro viri faciunt. Qui autem ad senium peruenit, eo itidem mactato pascūtur. Ideoque cum hac de causa, tum quia in morbis necantur, non multi sane eorum ad senectutē perueniūt. Est aliorum Indorum hæc diuersa consuetudo, vt nullum animan-tem interimant, vtq; nihil ferant, nec domos parandas

Apud Indos nemo seruilis cōditionis.

Nauigia Indorū ex arundinum internodiis

Aegrotētes interimuntur & comeduntur.

existiment, atque herba victitent. Est eis semē quoddā mili instar sua spōte nascens è terra suo in calyce, quod cum ipso calice lectū coquunt, eduntque. Quorū quisque in morbū incidit, is in locū desertū pergit, ibique decūbit, eius vel decūbētis, vel defuncti curam gerente nemine. Horū etiā omniū, quos iam recensui Indorum coit⁹ in propatulo est sicut pecorū. Philosophos habēt Indi Gymnosophistas, qui vt Petrarcha scribit, vltimas & vmbrosas regionis partes incolentes nudi (quod ipsum nomē indicat) ac vagi in solitudinibus philosophātur, ab ortu solis ad occasum perstantes immobilibus oculis orbē cādantissimi syderis cōtuebātur in globo igneo rimētes secreta quædam: insistebant alternis pedibus toto die seruētibus harenis citra dolorē, & frigora nimium flammæ æstus perferebāt: Inter quos Bracmana gens fuit, quę, vt Didimus eius Rex Macædoni Alexandro, qui illā debellare cogitarat, scripsit, pura & simplici vita viuit: nullis rerū illecebris capitur. Nihil appetit amplius quam ratio naturæ flagitat, facilis huic alimonia: nō quā luxuriæ sagacitas per oīa elemēta perquirit, sed quā tell⁹ ferro inuiolata producit. Mēsas epulis onerat innocuis. Hinc est qđ genera morborū nec noīa numerat diuersa, sed diuturna salute perfruitur: opē nō precatur alter ab altero, vbi viuitur cōmuniter. Inter pares locus nō prębetur inuidię, vbi nullus superior est. Om̄es diuites facit paupertatis æqualitas. Iudicia non habet, quia corrigenda non faciat. Leges nullas tenet, quas crimina nulla proferāt. Vna genti lex est, contra ius non ire naturę Quę laborem nutriat, auaritiam non exercet, ocium turbe diuitat Libidini membra ad debilitatem non trastit, omnia possidet quęcunque non cupit. Quod ferocissima sit pestis cupiditas, quæ solet egenos, quos capit efficire, dum finem inquirendi non inuenit, sed & magis quo fuerit locupletata mēdicat. Sole calescit, rore humectatur, sitim riuo frangit, thorum ministrat humus. Somnum solicitudo non rumpit, Mentem cogitatio non fatigat. In homines sibi similes superbia non agit imperium, nec quanquam vel minima seruitute exigit, præter corpus quod solum animo famu-

Morien-
di ritus.

Gimnoso
phiste Indorū; Phi
losophi

Bracma-
na gens

lari debere censet. In extruendis domib⁹ igne saxa nõ soluit, nec admixtione pulueris cæmenta duriora conficit: quin poti⁹ in defossis telluris spelũcis aut concauis montium latebris habitãt: nullos ibi ventorum fremitus, nullius turbinis tempestatẽ formidat, Tutius se ab imbre defendere speluncam arbitratur, quam tegulam, cuius geminus est vsus, dum viuat mansionis sepulturæ quando moriatur. Nullus ibi pręciosus amict⁹ sed mẽbra papyri tegmine, vel quod verius, pudore velantur. Fœmine non ornantur vt placeant, nec sciũt in augenda pulchritudine plus affectare, quam nactę sunt Ad concubitum nõ admonet libido, sed sobolis amor, Bella non gerit, sed pacẽ moribus, non viribus confirmat. Nemo parens filiis comitatur exequias, nulla extruit instar templorum sepulchra defunctis nec ingemmatis vrinis funera cõbusta recondit quod nõ honoris esse ducat, sed pœnę. Pestilentiam aut alios corporis morbos, vt dictum est. Bracmani non patiuntur, quod fœdis actibus cœlum non temerant, sed semper apud eos tenet natura cũ tẽporibus cõcordiam, & vices suas elementa inoffensa custodiunt. Medicinę remediũ parsimonia est, quæ non solum illapsos potest curare dolores, sed etiam procurare ne veniant. Nulla ludicra spectacula affectant, sed theatrum spectare quũ volũt gestorum monumenta relegunt, quæ quũ sint maxime redenda, deflent. Non in fabulis anilibus (vt multi) delectantur, sed in pulcherrima mundialis machinę & rerũ naturaliũ dispositione. Marcandi gratia pontũ classib⁹ non nauigãt. Artẽ bene loquendi non discũt. Simplex est apud illos eloquentia communisque omnibus, solũ præcipiens non mentiri, forũ scolasque minime frequẽtãt, quorum doctrina discors, stabile nihil certũmque diffinit. In honestate vna gentis pars alia in voluptate bonum cõstituit. In cultum diuinum innocuas pecudes non mact ant, dicẽte deum sacra sanguine pollutorum non accipere, cultũ potius diligere in cruentũ verbo propiciari orantiũ, quod solũ ei hoc cũ homine est, ergo similitudine delectari. In Cathęis Indis multę vxores in vnius viri coeunt matrimonium, & is vbi vita decesserit apud grauissimos iudices suam queque de

Spelũcas Bracmani inhabitant.

Parsimonia morborũ oĩm curatior

Religio bracmanorum.

Catheæ Indi vxores multas habẽt.

meritis agunt causam & que officior prę cæteris viro chariórq; fuisse iudicantiū sententia comprobatur, illa in habitu ornatúq;, quo cultius se exornare potest, victrix & lætabūda rogū ascēdit, ac iuxta mariti cadauer accubat, amplexans illud & deosculans suppositis ignibus pudicitiæ laude contemptis, cū coniuge defuncto concrematur, cæterę cū nota & dedecore viuunt. Liberi ab ineunte ętate nō parentū arbitrio tolluntur, sed eorū, quibus id negotiū publice iniūgitur, tenerorū infantiū illi habitāt inspiciūt, ac si q segnes ab initio, aut parte aliqua corporis debiles dephēdūtur, necari iubēt. Connubia non opibus & nobilitate, sed formę præstātia conciliant inter se, liberorum magis, quam voluptatis causa. Consuetudo & apud Indos quibusdā hæc est vt qui filias præ inopia locare nō possint, in ipso ætatis flore, cum tuba & classicis, quibus bellicia significari solent, in forum producant, tum multitudine conuocata, puella accedenti primum posteriora humerotenus detegit, postea anteriora quę quū placita fuerit, & approbata quibuscúnque videtur illa nubit. Megasthenes per diuersos Indię mōtes nationes esse scribit capitibus caninis, armatas vnguibus, amictas vestitu tergōrum, ad sermonem humanum nulla voce, sed latratibus tum sonantes asperis rictibus, Gangis fontem qui accolunt nulli us ad escam opis indigent, odore viuunt pomorū syluestri, longiúsque pregentes eadem illa in præsidio gerunt, vt olfactu alantur, quod si tetriorē forte spiritū extraxerint, exanimari eos certum est. & illorum aliquos in Alexandri castris fuisse memorię traditum est. Legimus monoculos quóque in Indio esse: Quosdā etiā tā insigniter auritos: vt aures ad pedes defluant, atque in alterutram earum decubent quarum duritie arbores conuellant. Quosdā itē singulis pedibus, & adeo latis quidē vt vbi se defendi à calore velint, resupinati his totaliter, inūbrentur. Apud Clesiam legitur quasdā fœminas ibi semel tantum parere, natósque canos ilico fieri. Esse rursus gētem alteram, quæ in iuuenta sit cana nigrescat in senectute, vltra æui nostri terminos perennatem. Esse etiam perhibent alteram fœminarum gentē, quæ quinquēnes concipiant, sed vltra octa-

Vxorum charissima cum defuncto viro crematur.

Mōstruosæ Indiæ gentes.

Cęnocephali in India.

Homines odore solo viuētes

Monoculi ī India

Mulieres quinquennes concipientes.

num annum viuendi ſpacia nũ protrahare. Sunt qui cer uicibus carent & in humeris habent oculos. Sunt prę-ter eos iam enumeratos ſylueſtres quidam homines ca ninis capitibus, hirto & aſpero corpore, ſtridore terrifi co, Sed hæc & alia id genus: quę de India & gente eius memorãtur, quoniam magna eſt opus fide, vt pro veris recipiantur, quam ne in iis quidem, quæ ſunt pene ocu lis admota, niſi grauitate adhibent, qui aliena legunt ſcripta, parcius ſunt referenda. Cathaini hodie eam Indiæ partẽ, cĩter Gedroſiã Indúmq; fluuiũ ſita eſt, atq; ab his modo Cathainum appellatur, inhabitant. Scythicum genus hominum, & in quibus magna morum mutatio facta videri poſſit, ſi vera ſunt, quæ Armenius Aitonus de illis prodidit in hiſtoria: Sagaciſſimi ſunt, inquit, aiuntque ſe ſolos hominum duobus luminibus cernere, cęteros mortales aut cęcos eſſe, aut altero oculo captos, manum ingenii acumẽ, ſed iactantia maior. Perſuaſum eſt viuerſæ gẽti, ſe cęteris mortalibus artiũ ſubtilitate & ſcientia lõge antecellere. Candidum genus hominum, paruis oclis natura, imberbes: litteris vtuntur Romanis quadratura ſimilib9, alii alio ſuperſtitionis aguntur delyrio: Cæterum omnes veræ pietatis expertes. Solem adorant hi, illi lunam, quidam fuſiles ſtatuas, nonnulli bouem: variáque per hæc monſtra ſparſa eſt gẽtis ſuperſtitio. Nõ ſcriptas leges, nõ fidẽ norunt vllam: & quum in opificiis mirum ſit gentis acumen, nulla tamen his rerum diuinarum notitia. Timidum genus hominum, mortémque formidans: gerunt tamen bella magis ingenioſe, quam fortiter: ſagittis in pugna vtuntur, telorúmque generibus, quibuſdam hominibus aliarum gentium minime notis, papyracea moneta in vſu, quadrata forma, & in ea regis imagine expreſſa, quæ ſi vetuſtate obliterari cœperit, obſoletam cum recentius impreſſa in regia commutant, Supellex ex auro & argento, cæteríſque metallis: olei inopia inſignis, hoc reges dumtaxat vnguenti loco vtuntur, Et de Indis Hactenus, nũc de Scythis, qui ſunt Indiæ contermini, dicendum.

Chataino rũ mores.

Sagaciſſimi mortalium Cathaini

Homines natura, ĩberbes

Chathainorũ religio.

Moneta papyracea ĩ vſu.

¶De Scythia Scytharúmq; feris moribus.
CAPVT IX.

SCythia regio septẽtrionalis, à Scytha Herculis filio, vt tradit Herodot⁹, dicta: vel, vt Berosus à quodam alio ex Araxe prisca, quæ Noe cõiunx fuit, genito indigena Scythię. Hi olim à primordio paruam patriam possidebant: postmodo paulatim per virtutem & vires aucti, quum regiones multas sibi subdidissent, in magnum Imperiũ gloriamq; peruenere. Ea primũ natio iuxta Araxim flumen parua numero propter ignobilitatem cõtempta consedit: nacti regem quendã bellicosum, & militari virtute præcipuũ, agros ampliarũt. Montanos quidẽ vsq; ad Caucasum, capestres vero vsq; ad oceanũ & Mæotida paludẽ, aliáq; loca ad Tanaim vsq; flumẽ, à quo Scythia ipsa longo tractu versus eorũ protẽsa Imao monte per mediũ velut in duas Scythias diuiditur, quarũ vna Scythia intra Imaum montẽ dicitur, altera extra: ab alieno imperio aut intacti aut inuicti Scythæ semper manserũt. Darium Persarũ regem turpi à Scythia submouere fuga. Cyrũ cum omni exercitu trucidarũt. Alexãdri magni ducem cũ copiis vniuersis deleuerũt. Romanorũ audiuere, non sensere arma: gens & laboribus & bellis aspera, vires corporũ immensæ. Hæc inter se olim discreta, nõ erat, vtpote, quæ neq; agrum coleret, neque rectũ sedésve haberet vllas, per solitudines & inculta vagaba^t loca, armenta pecoraq; præ se agens coniuges & liberi plaustris vehebãtur, legib⁹ nullis obnoxia, iusticiã sponte colebat, nuliũ furto graui⁹ in tota gente flagitiũ fuit, vt quę non parietib⁹ aut septis armentũ circũdat, sed in propatulo habeat. Nullius ipsi aut auri, aut argenti vsus. Lac & mel in cibatu frequens: cõtra frigora & rigores ferinis pellibus murinisq; corpora communibat. Laneus vsus ac vestiũ ignotus genti. Erat is sane viuendi ritus frequẽs Scythis, sed non omnibus, plæriq; eorũ, vt loco plurimum distantes, sic ab inuicem vita diuersi, veluti peculiares inter se fouebant mores, de quibus postea dicemus, vbi adhuc communes quosdam dixerimus. Gaudent Scytharum plures humana cæde, quem primum virum in bello vir Scytha cœperit, eius sanguinem po-

Scythiæ appellatio.

Scythæ semper inuicti permanserũt.

Homicidio. Scythæ gaudent

tat,quoſcunq; in prœlio interemerit,eorum capita regi offert,nam capite ablato, fit prædæ quamcunq; cæperit particeps,alioquin expers, caput hoc modo præcidit,in orbem illud amputat circa aures,verticeq; ſumpto excutit, deinde pellem detrahit, & vbi, ſicut bouis corium,manibus molliuit, tanquam mantile poſſidet, eaq; ad habenas equi ſui appenſa gloriatur,qualia mãtilia vt quiſque plurima habet, ita vir præſtantiſſimus iudicatur. Multi etiã ſunt,qui coria hæc humana,tanquam brutorũ,conſuunt,quibus pro amiculis induantur,Cęſorum hoſtium manus dextras cũ vnguibus excoriãt quidam,atq; cum iis pharetrarum opercula obducunt. Nonnulli totos homines excoriant,& coria ſu per ligna extenta ſupra equos circunferũt. Capita dicto modo exciſa exterius crudo bouis corio ſuperducunt,interius inaurant etiã,qui ditiores ſunt,& pro poculis vtuntur,hoſpitibus,qui ad eos veniunt,viri alicuius exiſtimationis exhibẽt,referũtq; illos à ſe eſſe ſuperatos,id ſtrenuitatis loco ponẽtes. Semel quotannis ſinguli regionum principes vinum crateri miſcent, de quo Scythæ omnes hoſtium homicidæ bibunt, nemo guſtat,qui nihil præclari operis ediderit,ſed ſine honore ſeorſum ſedet, quæ res apud eos maximæ eſt ignominiæ, qui vero complures cœdes fecerunt, hi duobus pariter,quos habẽt,calicibus potãt. Deos hos ſolũ propiciantur & coluut,veſtã ante omnes,deinde Iouem ac Tellurem,exiſtimãtes Tellurem Iouis coniugem eſſe: poſt hos Appollinem,& cœleſtem Venerem,Martẽ & Herculẽ,nulli tamen ex iis ſimulachra,aras & delubra facienda putant preterquã Marti, cui ex captiuis centeſimum quẽmque immolant,cæteris tum alia pecora, tum præcipue equos, ſues pro nihilo putant, quos nec alere omnino in ſua regione volũt. Rex in quos morte animaduertit, eorum ne liberos quidẽ relinquit, ſed vniuerſos mares interficit,fœminis nihil læſis, Fœdera cum quibuſcunque ineunt Scythę,hoc modo:infuſo in grandem calicem fictilem vino,commiſcent eorũ ſanguinem,qui fœdus feriunt percutiẽtes cultello,aut incidentes gladio aliquantulum corporis, deinde in calice tingunt,acinacem,ſagittas,ſecurim, iaculum, hæc

Humana coria pro amiculis concinnantur.

Oſſa capitis humani Scythiæ pocula prebent.

Dii Scytharũ & religio.

Incundi fœderis forma apud Scythas.

vbi fecerunt, ſeſe multis verbis deuouēt, poſtea vinum epotant non modo hi, qui fœdus fecerunt, ſed etiā comites hi, qui ſunt maximę dignitatis, Regū ſepulchra apud Gerros ſunt, vbi Boryſthenes iam nauigabilis eſt, Ibi quum rex eorum deceſſit ingentem ſcrobem effodiunt, forma quadrata, dehinc mortuum accipiūt, corpore incærato, aluo euulſa atq; expurgata, quam ſilere contuſo & thymia mate apiique ſemine & aniſi quum expleuerūt, reſuunt rurſus, impoſitúmq; plauſtra cadauer ad aliam gentem ferunt, quod qui excipiunt, eadē agunt. Sed regii Scythæ aurem decidunt, crinem circūtondent, brachia circumcidunt, frontē naſumque conſauciant, ſiniſtram manum ſagittis traiiciunt, poſtmodo cadauer ad aliam gentem, cui imperitāt, ferunt, quæ ipſos comitatur ad eos vnde primum venerant, vt iam mortuum circunferentes luſtrauerunt, quibus imperitauit, apud eos deponunt, qui in extremis habitant & in ſepulchris: ii poſtquam illum ſuper thorum in loculo conſtituere, haſtis hinc atque illinc defixis, deſuper ligna diſponunt atque pallio contegunt: deinde vbi in reliqua loculi ſpacioſitate pellicum vna omnium chariſſima, miniſter vnus, coquus, agaſo, viator, pincerna, equus, ſtrangulati ſunt, cum aureis phialis, aliarúmque rerum omniū primitiis conſepeliunt: circumacto anno hoc iterum agūt, è famulis regis intimos ſumnut. Sunt autem famuli regum ingenui Scythæ, & quos ipſe rex iuſſerit, nam nullus venalitius regi miniſtrat: horū miniſtrorum quinquaginta vbi ſtrangulauerunt, ac totidem præſtantiſſimos equos, eductis inteſtinis, paliiſq; rurſus diſtentis atque conſutis, per ambitū regii ſepulchri fornicato opere equos, & ſuper eos famulos inſidentes erigunt, ac ita ſtatuūt, vt procul aſpicienti equitatus ſpeciem, defunctum regem cuſtodientis præbeāt. Et talis regum humatio eſt, & ſepultura. Habēt & priuati morem quendam in ſepeliendo, nam vbi quis deceſſerit, proximi quique in plauſtrum collocatū ad amicos circunferūt, eos ſinguli amicorum excipientes, epulum præbent, tam propinquis, quam cæteris cadauer comitātibus, ad hunc modum quadraginta diebus circumactu, dehinc humatur, capite prius exinanito

Pompa in regio funere.

Regii Scythæ.

Cū rege 50. intimi famuli ſepeliuntur

Priuatorum Scytherū humatio.

atq; abluto: supra corp⁹ tria ligna statuũt mutuo inclinata, circa quæ prætendũt lanea pilea quã maxime possunt cõstipantes, & in scaphã in medio lignorũ peliorumq; positã lapides cõiiciunt ex igne perspicuos. Viri Scythæ nõ lauantur, sed vxores eorũ infundentes aquam, corpora ad lapidẽ aliquem scabrũ conterũt, cypresso, cedro, aut thuris ligno, deinde perstrictũ corp⁹, quũ intumuerit illud, faciémq; medicamentis oblinũt. Id eas simul bene olentes facit, ac postero die medicamentis amoris mundas & splendidas. Iurandi iusiurãdumq; interponẽdi ipsis per regiũ solium mos est: quo si quis periurasse à diuinatoribus, qui hoc salignis virgis experiuntur, conuincitur, sine mora capitis pęnam subit, atq; facultates omnes amittit, quas accipiunt qui illũ periurasse probauerũt. Massagethæ populi Scythię in Asia vltra mare Caspiũ vestitu & victu Scythis perquã similes, quo fit, vt Scythæ à plærísq; credãtur, exequis pugnãt & pedibus: vtroq; pugnæ genere pene inuicti: sagittis, hasta, sangari (sic enim ferrum quo vulgo accincti sunt dicit̃) auro in baltheis & capitis ac axillarũ ornatu vtũtur: aureos thoraces equorũ pectoribus inducunt. Ex auro fræna & phaleras conficiunt: æreas cuspides hastis præfigũt, ære pharetras muniunt. Ferri & argenti nullus apud eos vsus. Singulari vxorẽ ducũt, eaque cõmuniter vtuntur, idq; Scytharum soli faciũt, si Scythæ habendi sunt. Quoties aliquis mulieris libidine capitur, suspensa ad plaustrum pharetra cum ea sine pudore concumbit. Terminus vitæ nullus genti præfinitus, vbi quis admodum cõsenuit, cũ propinqui & necessarii in vnum coeuntes, cum ouibus aliquod immolant, & carnibus pro epulo, vbi decoxerũt, indifferenter vescũtur, quod genus obitus apud eos beatissimum habetur: languore extinctos non edunt, sed terra operiunt, loco damni putantes, quod ad immolationem non venerũt. Nihil omnino serunt, pecoribus victitãt, & piscibus, quos Araxes abunde suppeditat: hac plurimum potant. Ex diis vnũ Solem venerantur, cui equos immolant, vt pernicissimum mactent. Seres mites inter se & quietissimi omniũ, mortalium cœtus fugiunt, adeo vt cæterarum gentium commercia abnuant, pri-

Lauandi mirabilis ritus.

Massagetę & mores eorũ.

Seres oĩm quietissimi sctĩssimiq;.

mum eorum fluuium mercatores trãſeunt, in cuius ripis nullo inter partes commercio, ſed diſpoſito rerum precio, oculis æſtimantibus, ſua tradunt, nõ emunt noſtra. apud illos neque meretrix neq; adultera, neq; fur ad iudicium deducitur, neque occiſus homo fertur ibi aliquãdo: ſed eſt apud eos legum ſuarum metus vehementior, quam geneſis cõſtellatio. In initio orbis terræ habitant, quia caſte viuant, nec erugine, nec grãdine, peſtilẽtia, cæteriſve malis affligũtur. Fœmina poſtquam conceperit à nemine petitur, neq; quum purgatur. carnibus immundis nemo veſcitur, ſacrificia nulla nouit, ſecũdum iuſtitiam omnes ſibiipſis iudices fiunt, Ideo non caſtigantur huiuſmodi plagis, quæ pro peccatis accidere ſolent, ſed plurimũ temporis perdurantes abſque ægritudine vitam finiunt. Tauroſcytæ a monte Tauro circa quem habitãt, Virgini naufragos immolant, & quoſcunque græcos illuc delatos, hoc modo, poſtquã preces peregerint hominis caput claua feriũt, truncum eius quidam aiunt perturbari è rupe. Nam in rupe prerupta templum eſt eorũ ſitum, cruci adfigunt caput, quidam de capite ſuffigiendo conſentiunt, ſed truncum è precipitio deiici negant, ſed humo contegi dicunt. Dæmones cui immolant aiunt eſſe Iphigeniam agamennonis filiam. In hoſtes, quos cæperint, hoc agunt. amputatum quiſque hoſtis caput domum portat, & fuſti ſuffixum admodum ſublime ſupra tecta ſtatuit, & plærunque ſupra fumarium. Ideo in ſublimi locantes, quod dicant eos totius domus eſſe cuſtodes. Viuũt autẽ è rapto & ex bello. At Agathirſi excultiſſimi viri ſunt, & aurum plærumque geſtantes in commune cum mulieribus coeunt, vt inter ſe germani ſint ac domeſtici omnes: nihil neque liuoribus, neq; ſimultatibus mutuo exercentes, cæterum ad Thracum ſimilitudinem accedentes. Neuri Scythicis vtuntur moribus, qui vna ante Darii expeditionẽ æſtate, coacti fuerant, propter ſerpentiũ multitudinem in ipſorum ſolo procreatam, terram mutare ſibi perſuadent, deſerantes ſe quotãnis ad dies aliquot lupos fieri, & rurſus in priſtinũ habitũ & formã redire. Anthropophagi, id eſt humanę carnis comeſtores, agreſtiſſimos omnium hominũ mores ha-

Nullis calamitatib⁹ obnoxii Seres.

Gręcos Iphigeniæ immolãt.

Hoſtiũ capita ſupra decorum recta figuntur.

Neuri quotãnis dies aliquot lupi fiunt.

Authropophagi

oĩm agre stißimi.

bent, non iudiciis, non legibus vllis vtentes, rem pecuniariam exercent: vestem Scythicæ similẽ gestant, linguam propriã habent. Melanchleni omnes indumenta nigra gerunt, vnde & cognomentum habẽt, qui soli ex his humana carne vescuntur, institutis Scythicis vtentes.

Budini pedunculos præmordent.

Budini ingens natio atque numerosa, cæsiis oculis omnis ac rufa. Gelonus vrbs, à qua & Geloni dicuntur gentis caput est. Libero Trieterica, id est, triennalia agunt, & Bacchanalia exercent. Græci quondã fuere, sed Summoti, ibi consederũt. Lingua adhuc partim Scythica, partim Gręca vtentes. Sunt tamẽ Budini à Gelonis, & lingua & vita dispares. Nam quũ indigenæ sint, pecuariæ operã dant, soliq; eius regionis pedũculos edunt.

Geloni.

Geloni agriculturæ operã dantes frumẽto victitant, & hortos possidẽt, nihil illis neq; aspecta, neq; colore similes, horũ regio oĩs est arborib⁹ frequẽs ex lacu, qui ibi etiã ingens est, & multus. Lutrias capiũt, castores, aliásq; multas feras, ex quarũ pellibus renones faciunt atq; induunt.

Lyrcæ è venatu victitant.

Lyrcæ è venatione victitant, hoc modo, cõscensis arboribus, quæ & per omnẽ eorum regiam frequentes sunt, feris insidiãtur, singulis adest canis & item equus in ventrem cubare edoctus humilius subsidendi gratia, vbi quis ab arbore ferã viderit, sagittaq; percusserit, conscenso equo illam persequitur, comitante cane.

Argyppæi natura calui.

Argyppæi sub excelsorũ montium radicibus incolũt, hoĩes qui ab ipso natali calui sunt, mares pariter, & fœminæ: simis quoq; naribus & ingenti mento, proprio quodã oris sono. Scythicam gestentes vestem, ex arboribus victitãtes, rei pecuariæ haud student: vnde ei pecorũ non multum est sub arbore quisq; cubat: per hyemem quidẽ vbi arborẽ pileo albo firmóq; cõtexerint, per æstatem vero sine hoc pileo:

Hoĩes opinione sacri.

his nemo mortaliũ iniuriam infert: Sacri enim dicuntur esse nihil martium armorũ possident. Idem finitimorũ cõtrouersias dirimunt, ad quos quisq; cõfugit, is à nemine lęditur.

Issedones parentes defunctos comedunt.

Issedones talibus moribus vti feruntur, quoties pater alicui decessit, omnes eius propinqui pecora adducunt, quæ vbi mactauerunt, cõciderũtq;, concidunt & patrem mortuum illius, à quo in conuiuiũ accipiuntur, commixtísq; carnibus omnibus conuiuium exhi-

ent. Caput tum defuncti denudatum purgatûmq; inaurant, eóq; pro simulacro vtuntur, agentes illi quotannis maiores hostias cæremoniasque. hæc filius patri, pater filio facit, quemadmodum græci natalitia. Dicuntur præter ea & isti, iusti esse, & ipsarum vxores peræq; fortes ac viri, & tales olim fuere Scytharũ mores à Tartaris postea subacti, & illorũ viuendi instituta complexi, Tartarorũ more viuunt, Tartaríq; vno noĩe vocantur.

Anniuersariæ parentationes.

¶De Tartaria, gentísque Tartarorum moribus, & potentia. CAPVT X.

TArtaria, quæ & Mongal dicitur, vt Vincentius scribit, in ea terræ parte sita est, vbi oriens aquiloni coniungitur, ab oriente Katheorum ac Solangorum terram habuit, à meridie Saracenorũ, ab occidente Naymanorum, ab aquilone oceano circũdata. Tartaria a fluuio Tartar, qui per eam currit appellata. Regio plurimum mõtosa, vbi campestris est admixta glarea harenosa est, sterilis nisi aquis fluuialibus, quę tamen rarissimæ sunt irrigetur, & ob hanc etiam causam multum deserta & infrequens est, ciuitates in ea nullæ, nullæ villæ, præter vnam quæ Cracuris dicitur. lignis in plærîsque locis adeo inops, vt arido boum & equorũ stercore incolæ ipsis ignes fauore atq; cibaria decoquere cognatur. Aër & cœlum intemperatum & mirificum, tonitrua & fulgura in æstate adeo horrenda, vt præ timore homines intereant, iam calor magnus est: mox frigus & densissimæ niues cadunt: vẽtorum frequenter tam validi flatus, vt equitantes detineant, & ad terram homines deiiciant, arbores radicitus euertãt, & multa damna inferãt. In hieme ibi nunq̃ pluit, in æstate frequenter: sed à deo parce: vt vix terra madefiat. Regio alioquin omnium animalium diues in camelis: bobus &c. Iumenta & equos in tanta multitudine: quantam non credimus reliquum mundi habere: a quatuor ab initio populis habitabat vnus Iecchamongal, id est magnimongali dicebãtur. Secundus sumongal, id est aquaci mongali. Et illi sese etiam a Tartar fluuio iuxra quem habitabant Tartaros appellabant. Tertius merchat vocatur. Quartus metrit. Omnes vnã corporis formam: vnam linguam habebant. Ferus ab

Tartariæ sit⁹ & termini.

Tartariæ appellatio.

Boum & equorum stercore ignes fouentur.

Tartaria pecorum diues.

Quatuor Tartarię populi.

Vetustiores Tartarorum mores.

initio cultus, sine moribus, sine lege sine vllo vitæ cultu, armenta pascere, obscuri nominis inter Scythas, finitomorũ vectigales, mox gens ipsa in plures velut trib⁹ diuisa est, cœpitq; sub ducibus agitare, penes quos erat totius rei summa: pendere tamen nihilominus Naymanis vicinis accolis tributum. Quum Canguista oraculo quodam primus est. Rex ab iis creatus, is recepto imperio primum omnium malorum dæmonum cultũ abrogauit editóq; præcepit, vt tota gens deum optimũ maximum coleret, cuius prouidentia regnum credi voluit à se receptum: edictum est deinde, vt quicunq; per ætatem arma ferre possent, ad certum diem regi presto adessent. Estq; militaris multitudo in hunc mundũ distributa, vt decuriones centurionibus parerent, centuriones chiliarchis, chiliarchi miriadum præfectis. Inde ad periclitãdas imperii vires septem principum (ex iis, qui vniuersæ genti ante constitutum regnũ prefuerant) filios parentum manu iussit interfici, facessunt illi imperium: etsi acerbum & atrox, cum multitudinis metu, tum religionis adacti, credere enim vulgo cæli numen eiusmodi regni initiis interfuisse, non regem, sed deum ipsum violari arbitrantes si illius dicto minus obtẽperassent. Hi fretus opibus Canguista primum finitimos Scythas bello subægit, subiectos vectigales fecit, & cũ his eos, quibus ipsi ad id tempus tributum perpenderent. Inde remotiores populos aggressus tam prospere, támq; fœliciter à Scythia ad solis vsq; ortum, & ab ortu solis ad mediterraneum mare, & vltra, armis suis omnia regna, gentes & nationes subegit, vt merito iam se totius orientis dominũ imperatorem scribat. Sunt autem Tartari omnium hominum deformissimi corpore, vt plurimum, parui, oculos habent grossos & promineẽtes, multũ coopertos palpebris, ita vt valde parua est apertura in eis, latas habẽt facies & imberbes excepto quòd in superiori labro, & mento raros habent pilos & volatiles, graciles sunt in medio cõmuniter oẽs: radunt caput per verticem ab ore vna ad aliam in occipitium, ita vt rasura illa barbati formam pretendat, capillos in reliqua parte quemadmodum mulieres nostræ longos nutriunt, de quibus duas tricas siue cordas faciunt, &

Canguista prim⁹ tartarorũ rex.

Militiæ ordinatio

Tartarorũ corporis forma

vtramq; retro aures colligunt: quo more non Tartari solum raduntur, sed quæcunq; gentes eis commorantur. Ipsi porro leues sunt & agiles boni equites, pedites mali, nullus pedes vadit, omnes & minimi etiam aut equis aut bobus incident quocunq; sit eundum: equitãt etiam mulieres, equis vtuntur castratis, & qui non feriunt, fręna plurimo auro, plurimo argento, & gemmis exculta sunt: campanulas admodum resonãtes ex equi collo pendentes gestare gloriosum. Sermone horrido sunt & clamoroso, cantãtes luporum more vlulant, caput quatiunt quando bibunt autem quam sæpissimę & ad ebrietatem quæ apud eos gloria est. Nõ in villis aut vrbibus, sed in campo veterum Scytharum ritu sub tabernaculis habitant· pastores enim sunt plęriq; omnes. In hieme manere in planitię solent, in æstate vero pascuarum vbertatem sectãtes in montibus degunt. Stationes in tantorii modum aut ex virgultis contexunt, aut filtro leuigatis lignis sustẽto, in medio rotundã fenestram faciunt, quæ lucem prębeat, & fumos emittat, ignem in medio habent, iuxta quem liberi & vxores versantur. Sagittationibus luctationibusque viri gaudent: cenatores mirabiles sunt: cataphracti ad venandam pergunt, feram conspicientes corona circunstant, & tunc sagittis quas quisq; in illam misit præpeditam capiunt. Panem non habent, nec pinsunt: mappis non vtuntur, nõ mantilibus. Vnum deum credunt: & ipsum omnium esse tam visibilium quam inuisibium factorem: non tamen aliqua cæremonia, aut ritu colunt, sed potius idola quædam de filtro aut serico ad hominis formam effigiata, ex vtraque tentorii parte constituentes pecorum suorum custodes esse precantur, atque plurimum reuerentiæ exhibent his primũ lac omnis iumẽti ac pecoris offerunt: & antequam quicquã vel bibere, vel comedere incipiunt, partem apponunt: quodcunq; animal ad esum mactant, illius cor in scypho per integram noctem appositum mane coquunt & comedunt. Venerantur etiam & sacra faciunt soli lunę, & quatuor elemẽtis. Chaam pręterea regẽ & dominũ suũ filiũ dei existimantes, religiosissime adorãt, sacrificant, & tantũ illi tribuunt, vt digniorẽ in toto mundo nõ esse credãt.

Equis Tartari numia omnia obeunt.

habitatio Tartarorum.

Venandi ritas.

Teligio Tartarorum.

Chaã regem, filiũ dei credẽtes Tartari ador[...]

nec aliquem alium nominare patiuntur. Cęteros homines adeo hæc gens contemnit,& se prudentia & bonitate excellere putat,vt alloqui fastidiat & à se explodat Papam Christianósq; cunctos canes appellant,& idolatras,quod lapides & ligna adorent. Ipsi maleficis artibus intenti,somnia obseruant.Magos habẽt,qui ea ipsis interprætentur,& ab idolis responsa petant & accipiant.Deum enim cum illis loqui persuasum habent,& propterea ex oraculo vniuersa faciunt,Tempus & pręsertim lunationes obseruant: nullum tamen præ alio aut singulari festiuitate,aut abstinentia colunt,ęqualiter omne habent. Tantæ auaritię & cupiditatis sunt,vt vbi quispiam aliquid videri quod habere desiderat, si illo potiri cum voluntate possessoris non possit, dummodo Tartari nõ sit,vi rapit ex præcepto,& instituto regũ licere arbitrantes. Quum tale mandatum à Canguista Caamq; primis regibus habeant,quod quicunq; Tartarus aut etiam Tartari seruus equum hominem,siue virum siue mulierẽ in via repererit literas aut cõductum regium non habentem eum sibi vendicet, & pro suo, perpetuo vtatur.Pecunias indigentibus commutẽt,sed pro grandi & intolerabili vsura,vnum denariũ de decẽ singulis mensibus accipientes,& de vsura vsuram, si dilata fuerit. Tributarios suos tantis tributis, tantis exactionibus molestant,& aggrauant,quantis nullæ aliæ gentes suos vnquam exercuisse leguntur:incredibile relatu est:cupiunt semper, & vt domini omnium extorquent,nihil retribuunt. Mendicantibus eleemosynam etiam denegant.In hoc laudãtur quod prandio aut cœnæ superuenientes volentes comedere non excludunt aut repellunt, sed inuitant, & quibus vescuntur misericorditer communicãt. Victus autẽ immundissimi sunt, vtpote qui mensas,vt dictum est, mantilibus non operiant,manutergiis nõ vtantur,quum manus nõ lauent, non corpus,non vestimenta, panẽ neq; edant neq; conficiant:olera non edant:non legumine,sed tantũmodo omnium animantium carnes. Canum etiam & cattorũ equorum,ac grandiusculorum murium. Captorum inimicorum corpora, ad Crudelitatem suam ostentendã, & vindicandi desyderiũ, ad ignem quandoq; assant,&

Auaritia Tartarorum insatianda.

Vsurarii Tartari

Crudelitas Tartarorum insignis.

vbi plurimi comesturi conuenere, dantibus (luporum ad instar) dilaniant, atq; absumunt: eorum sanguinem etiam ad hoc prius collectum cratheris infusum epotant. Lac iumētinum alias ipsis potus est. Vinum apud eos non nascitur. aductum, sicut cæteri homines, auidissime bibunt, alter alterius pedunculos comedunt de capite vel aliunde extrahētes, & dicunt sic inimicis nostris faciam Scelus magnum habetur si cibi aliquid aut potus perire permittitur. Ideóq; ossa, nisi medulla prius excepta sit, canib⁹ nequaquā proiiciunt. Nullū animal ex nimia tenacitate comedunt & absumunt integrum & sanum, sed quando mutilatum fuerit, cæperitq; iam aut senectute, aut aliqua alia pernicie languescere. Multum frugales sunt & in paucis minimisq; contenti, bibunt mane vnum vel duos scyphos lactis, & interdum toto die aliud nihil bibunt aut comedunt. Vestitutā viri quàm mulieres fere vno induuntur, viri mitris caput obtegūt non multū profundis obtusis ante, retro caudatis vnius palmi longitudine, pari latitudine, quæ vt capiti adhæreant, & ne a vento quidem deturbentur, iuxta aures insutas fascias habent, quibus sub mento connectantur. Fœminę coniugatæ canistro quodam rotundo teguntur vnius pedis & semis longitudine, in summitate instar dolii plano, diuersi colori serico, aut pictis pauonum plumis circumornato, gemmis adhæc & plurimo auro, cætero corpore, vt quæq; diues est, ita vestiuntur, potentiores purpura & serico, quemadmodum earum viri. Tunicas portant miro modo formatas, fissura earum in sinistro latere, a quo induuntur & exuūtur, nodulos quatuor aut quinq; habet, quibus clauditur, vestimenta quæ in æstate gerunt, nigra sunt communiter omnia, quę in hyeme pluuiosisq; temporibus alba, infra genua non descendunt, pelliceis vestibus, quibus maxime vtuntur pillos non occultant & carni applicant, vt nos, sed corium, pilos propter decorem vidēdos prębent. Virgines à non cōiugatis ac illæ viris a discerni facile nequeunt, quòd indiscreto fere omnes à viris habitu & gestu sint. Femoralibus ęque omnes vtuntur. Bellum inituri, brachia, quæ nuda habent, quidam ferreis laminis circundant, corrigiis quibusdā cōcatenatis

Vestitus Tartarorum.

Vnus pene virorū & mulierū habit⁹

Bellica tartarorū arma.

quidam multiplicatio corio, quo etiã caput obmuniũt Scutis vti nesciunt, pauci quoq; lanceis & longioribus gladiis. Enses habent, brachiali lõgitudine ab vna parte fastigiatos, quibus pugnantes à latere percutiunt. Equites sunt, agiles sagittandique scientissimi. Is omniũ fortissimus censetur, qui & imperii obseruãtissimus est sine stipendio militant, gens in pręliis & rebus gerendis solers, & ad omnia momenta rerũ imperiúmq; obeundum præsto, Duces & principes bellũ non intrant, sed procul stantes, suos adclamãt, hortaturq;, & quid facto opus sit diligẽter prospiciunt: liberos, vxores, & aliquando hominũ imagines equis impositas exercitui addunt, vt maior, ac osti terribilior magis appareat. Nec fuga turpis, si cõducibilis sit, aut necessaria. Sagittaturi dextrũ brachiũ ab armatura exeunt, & tanta vi postmodum sagittas excutiũt, vt nullum armorũ genus sit illis non penetrabile. Turmatim pugnam capessunt, turmatim fugiunt vulnifico sagittarũ iactu sequẽtem a tergo hostem conficientes. Inde pugnantiũ paucitatẽ conspicati, subito in pugnam redeũt, homines equósq; sagittantes vulnerant ac tum maxime vincunt quum victi creduntur. Quum regionem aliquam inuadere veniũt. diuiso exercitu, ab omni parte inuadunt, vt eis occurri non possit, ac nemo incolarũ effugere, ita victoriã semper in manibus habent. Illa superbissime vtuntur capto nulli parcẽtes, nõ pueris, nõ mulieribus, nõ senibus, oẽs promiscue occidũt, proprer artifices, quos ad opera sua reseruãt: occidẽdo per centuriones diuidũt: seruo cuiq; ad interficiendos decem, plures vel pauciores: prout numerus fert, assignãtes, quibus omnibus bipenni, vt sues mactatis, cæteris in terrorẽ hoc agunt: quémq; milesimum accipiunt, & capite subuerso, pedibus ad stipitem in medio cęsorum erectũ ita suspendunt, vt suos adhuc admonere & audire videatur, plæriq; ad iacentum corpora ipsa procedentes è recentibus vulneribus emanantem sanguinem ore excipiunt & ingurgitant Nemini quantumcunq; etiam se obligauerint seruant fidẽ, quin in deditos eo modo, & multo grauius sæuiant. Iuuenculas mulieres in quã quisq; incidit & quãcunq; vult stuprari licet: abducuntur quę liberaliolis formę sunt, atq;

Stratagema Tartarorum.

Crudelitas Tartarorum ferina.

in extrema omniũ rerũ penuria seruire perpetuo cogũtur Incontinentissimi enim omnium hominũ Tartari sunt: nam licet vxores ducant quotquot volũt & sustẽtare possunt, nullusque (excepta solũmodo matre, filia & sorore) ipsis aut cõsanguinitatis aut affinitatis gradus ad matrimonium contrahendũ obstet, Sodomitici tamen vltra modũ sunt: se non minus, quam Sarraceni indifferẽter & impune cum masculis pecudibusque cõmiscentes. Mulierem quã sibi coniungũt pro vxore nõ habent, nec dotem accipiunt, donec pepererit: vnde sterilem repudiare possunt, & aliam superducere. Hoc mirũ est, quod licet mulieres multæ virũ vnum habeant, propter illum inter se non facile rixentur, cũ tamẽ vna aliis præferri soleat, atque iã cũ illa mox cũ alia dormire: vna quæq; autem suã stationẽ habet, vna quæque suã familiã: castissime viuunt, nã in adulterio depræhẽsi tã vir q̃ mulier lege ipsa occiduntur. A re bellica feriati viri, pecora in pascuo ducunt, & custodiũt, venenturq;, & se luctando exercent, aliud nihil agunt, mulierib. oĩa cõmittũt: his curę est & quæ sunt victui & q̃ amictui necessaria procurare. Gẽs ipsas multas superstitiones obseruat, cultellũ in ignem mittere vel eo salẽ attingere: carnes itẽ ex olla cultello extrahere magnũ nephas est: nihil etiam iuxta ignem securi secant ne quocũq; modo lędãt, quẽ alias religiose venerãtur, & à quo omnia purificari debere persuasũ habẽt. Flagello quo equ⁹ impellitur calcaribus enim nõ vtuntur, corpus aut brachia quietis gratia supraponere, aut flagello sagittas tangere maxime deuitant. Iuuenes aues nõ solũ non occidũt sed nec capiũt quidẽ. Fręno equũ non verberant. Os esse alio non frangunt. Cibũ ac potum, pręsertim lac nemo profundit. In stationibus nemo mingit: quod si obstinare aliquis faceret, absq; misericordia occideretur. Si autem necessitas cogat, vt sępius fit, tentorium in quo factum est, & omnia quæ in eo continentur purgari debent, tali modo: duo ignes, tres passus ab inuicem distãtes faciunt, intra quos hastas duas infigunt, iuxta quemque ignem vnam statuentes, deinde cordula ab vna ad aliam ducta, ac buccaranno intecta per medium illarum, ceu per ia-

Sodomitici Tartari & Sarraceni.

In adulterio depręhẽsi occiduntur.

Purgãdi per ignes ratio.

nuam, quæcũque purificanda sunt traducunt mulieres duę quarum hoc interest, in alia parte stant, hinc atque hinc vna aquã, inspergentes, ac carmina quędã submurmurãtes. In cõspectu regis nullus aduena cuiuscũq; dignitatis existat, & quãtacũnq; agere habeat admittit, nisi purgat⁹ prius. Qui limẽ tẽtorii in quo Imperator aut ducũ aliquis moratur pedibus calcat, in ipso vestigio interficitur. Pręterea si aliquis morsum fecerit, quẽ deglutire nõ possit, cogereturque eundem euomere, ac currunt illico omnes, & foramẽ sub statione faciunt, ꝑ quod extractũ crudeliter necãt. Multa alia sunt, quę ꝑ inexpiabilibus peccatis habẽt, ast hominẽ occidere, aliorum terram inuadere, res & bona aliorum cõtra ius fasque diripere, dei præcepta negligere, pro paruo aut nihilo ducũt. In mũdo quodã alio, quã tamẽ describere nõ possunt, se post hãc vitã æternaliter victuros credũt & meritorũ suorũ condigna præmia percepturos. Quũ quispiã infirmari cœperit, & morti iã vicinus esse, hastã vnã cũ nigro panno tabernaculo, in quo decũbit, præfigunt, vt ab ingressu prætereuntẽ auertat. Nemo enim hoc conspecto inuocatus intrare audet. Postq̃ vero defunctus est, omnis illius familia conuenit, & funus extra tentoriũ in locũ aliquẽ antea delectum clã portãt, & fouea lata profundáq; satis facta tentoriolũ in ea erigunt, mensam ferculis instruunt: atque defuncti corp⁹ prius preciosissimo habitu vestitum ad eam applicantes, vna omnes terra obruunt. Sepelitur etiam cum eo iumentum vnum, & ęquus phaleratus vnus. Potentiores in vita seruum vnum eligunt, atq; cauterio suo inustum secum tumulari faciunt: & hoc ideo, vt in alio mũdo his vtãtur Dehinc amici alium equum accipiunt, & mactant, carnes comedunt, cutem fœno repletam atq; resutam quatuor palis supra sepulchrũ in defuncti signum erigunt. Ossa in animæ expiationem mulieres comburunt. Cum cute potentiores, aliud agunt, in tenuissima lora illam discindunt, atque his extensis per sepulchri circuitum terram demetiuntur tantum, nam que in alio orbe defunctum sortiri credunt quantum hic ab amicis illi hoc corio admensum fuerit: Tricesimo die luctum finiũt. Quidam Tartarorum Christia-

Limẽ regii tentorii calcãs interficit

Aeternã vitã Tartari credunt.

Sepeliẽdi Tartarorũ ritus

ni nominis,sed pessimi ,parentes iam senio confectos, vt citius moriantur,multa pinguedine diu obescant,& indefunctos comburunt,puluerem diligenter collectũ quasi preciosum aliquid obseruãt,illo cibaria sua quotidie cõdiẽtes. Qua autem pompa,qua festiuitate Tartari post regis obitum alium illi substituant, quoniam nedum scribere,sed legere forte tędiosum,paucis absol uam. In locũ in campis aptum ad hocq; consuetũ principes,duces,barones , & omnis populus totius regni cõ ueniũt,tum cũ cui regnum aut ex successione,aut electione debetur,in thronũ aureũ collocant , atq; procidentes vnanimi voce & excelsa,omnes in hunc modũ acclamant: Rogamus,volumus etiam,& præcipim⁹ vt domineris nobis. Respondet ille,Si hoc a me vultis, necesse est,parati sitis,quicquid præcepero facere,cũ vocauero venire,quocũnq; misero ire,quẽcũq; occidi iusfero id intrepidos facescere , & totum regnum in manus nostras statuere atq; committere . Vbi respõderũt sumus , inquit rursus , ergo oris mei sermo:de cætero gladi⁹ meus erit:fit applausus a populo. Principes interea ipsum è regio soleo exceptũ suprafiltrum in terra stratum humiliter sedere faciunt,ita alloquẽtes. Vide rursum & agnosce deum , ac respice filtrum in quo sedes deorsum,si bene administraueris,ad votũ habebis omnia. Si autẽ male,adeo rursus humiliaberis spoliaberisque,vt nec exile hoc filtrum,in quo sedes , tibi relinquatur,quo dicto,charissimam vxorũ adiungunt; & ambos cũ filtro eleuantes, hunc omnium Tartarorum Imperatorem,illam Imperatricem salutant. Adsunt tum mox ab omnibus gentibus,quibus imperare habet,dona. Adsunt & quæcũnq; Rex defunctus reliquit,de quibus nouus imperator,vnumquenque principum donat, cætera sibi seruari præcipit , & cum hoc comitia dissoluit. In eius manibus seu potestate omnia sunt:nemo potest,audẽtq;dicere hoc meum est,vel illi⁹ est, Nemo cõmorari in aliqua terrę parte debet , quàm in assignata. Imperator esse ducib.assignat duces millenariis millenarii.centenariis,centenarii.decanis,decani,cęteris. Sigillum quo vtitur ita inscribitur: De⁹ in o & Chuichuth Cham in terra:dei fortitudo , &

Christiani nomĩs Tartari parentes necant

Mos in regis creati one memorãd⁹.

Regũ potestas notatur.

Sigillũ ĩperatoris

Tartaror

omnium hominum Imperator. Quinque maximos & robustissimos exercitus habet, quinque duces, per quos omnes, qui obstant, expugnat, aliarum gentium legatis ipse non loquitur, nec etiam in conspectum admittit, nisi tam ipsi quam munera (sine quibus venire præsertim non debent nec possunt) à mulieribus quibusdā

Impator Tart. per se nō respondet.

adhoc deputatis prius purgati fuerint: per medias personas respondet, quibus quando & quandiu loquitur (quantumcunque magni sint) flexis genibus auscultare debent, & ita attendere, vt ne à verbo quidē aberrēt. Nemini enim licet imperatoris verba mutare. Nemini

Potentiores Tart. cū equitā obumbrātur.

latæ ab illo sententiæ qualicunq; modo contraire. In publico is nunquam bibit, neque aliquis Tartarorum princeps, nisi prius cantetur ei, aut citharizetur. Potentiores quum equitant, vmbella quę longiori hastæ imposita iuxta eos portatur, obūbrātur, quod & mulieribꝰ eorū fieri dicunt. Et tales Tartarorum gēti mores anno ab hinc ducentesimo erant, hi viuēdi ritus. Georgiani quos Tartari eodem fere tempore deuicerunt cul-

Radūtur in capite Georgiani.

tores Christi erant, ritum Græcorum seruantes, Persis vicini, longo terrarum tractu à Palestina ad Caspios vsque montes eorum dominium extendebatur. Episcopatus decem & octo habent, & catholicum vnum, id est

Mulieres ad bellū edoctæ.

Armeniorū ritus.

episcopū vniuersalem, qui loco patriarcha erat, Antiocheno patriarchatui ab initio subiecti erant, bellicosi homines. rasuram in capite faciebant, clerici rotundam, Laici quadratam, Mulieres eorum quædam equestris ordinis erant, & ad prælium doctæ, Georgiani ordinatis iam aciebus in pugnam ituri repletam optimo vino pugillarem cucurbitam epotare solebant & aduersarios postea animosius adire Clerici vsuræ & Symoniæ libere vacabant: cum Armeniis mutuo & perpetuo odio persistebat: Erant enim & Armenii CHRISTIANI nominis populus antequam Georgianis subactis, Tartari illos superauere: sed à fide rituque orthodoxe ecclesiæ in multis discordabant. Diem natalis domini ignorabant, nullas festiuitates, nullas vigilias, nec etiam quatuor tempora obseruabant. Sabbato Paschæ non ieiunabant, Christum eo die circiter vesperam resurrexisse asserentes. Omnibus sexti,

feriis infra paschatis & pẽthecostes festiuitates carnes manducabãt. multum ieiunabant, à septuagesima quidem incipientes ita stricte, vt nec in quartis, sextisque feriis, oleo, vino, aut piscibus vterẽtur: plus peccare existimãtes, qui his diebus vinum biberet, quam eum, qui veneris gratia lupanar subiret: die Lunæ penitus se ab omnibus cibis abstinebant, die martis ac Iouis comedebant semel, die Mercurii & Veneris omnino nihil, Sabbato vero & dominico die esitabant carnes, & reficiebantur laute. Per totam Septuagesimam, exceptis sabbatis & dominicis diebus missarũ officia nemo celebrabat, nec etiam sextis feriis per totum annum: per hoc enim violari ieiunium volebant. Porro duorũ mensium infantes, & quoslibet alios indifferenter communioni admittebant, aquam sacrificio non addebant, cũ lepore, vrso, corniculis, & huiusmodi, sicut Græci, Iudaizabant. In calicibus vitreis & ligneis celebrabant, quidam sine paramentis & sacerdotalibus vestimentis omnino, quidam cum diaconi & subdiaconi insula tãtum operti. Vsuræ & symoniæ tam clerici quam laici, quemadmodum Georgiani, æque studebãt omnes. Sacerdotes quoq; diuinationibus & necromãtiæ incumbebant. Potationibus magis quam laici vocabãt. Vxores ducebant, sed post mortem alterius secunda coniugia vtrisq; prohibita erant. Adulteram viro repudiare & aliam ducere licentiam episcopi dabant. De igne purgatorio penitus nihil tenebant. Negabant etiã obstinate in Christo duas naturas fuisse. In triginta articulis à recto Christianæ pietatis tramite eos aberrare Georgiani prodidere.

Ieiunia Armeniorum.

Sacerdotes Armeniorũ vxores ducebant.

¶De Turcia, Turcarúmq; moribus, legibus, & institutis omnibus. Gap. XI.

TErra quæ nunc Turcia est, maiorem Armenniã ab ortu habet, excurrítq; ad Cilicum vsque pelagus, septentrionem versus Euxino terminatur, ab Aitono Turquia dicitur, plures in ea prouinciæ, Lycaonia, in qua Iconium capit gentis. Capadocia, in qua Cæsarea. Isaurea, vbi Seleucia. Licia, quæ nunc Briquia. Ionia, quæ Quiscum, vbi Ephesus. Paphlagonia, vbi Germanopolis. Lenech, vbi

Gentes Turciam incolentes.

Mahometi parētes

Trapezus. Hoc quicquid eſt terræ, quæ hodie Turciæ tenet nomen nō vna gens inhabitat, ſed Turcæ, Græci, Armeni, Sarraceni, Iacobitani, Neſtoriani, Iudęi, Chriſtiani, Secundum leges & inſtituta plærunque viuentes quas Mahometus pſeudopropheta Sarracenis Arabiæ genti anno ſalutis ſexcenteſimo atque vndetrigeſimo ſanxit: vir dubium Arabs an Perſa, vtrunq; enim traditur. Patre malorum dęmonum cultore, matre Iſmaelita, & ob id Hebraicæ legis non ignara: diſtrahere puerum illi, ambiguumq; effingere, dum hic, dum illa ſua vterq; legem ingerit. Igitur vtroq; puer imbutus cultu, neutrum adultus recepit, quin homo callid⁹ atq; vafer ingenio, inter Chriſtianæ pietatis viros diutiſſime verſatus, rem pernitioſam humano generi ex duab⁹ legibus cōmentus. Hebręos aiebat impie facere, qui Chriſtum natū ex virgine inficiarentur, quādo id prophetę, viri præcipua ſanctitate, diuinoq; afflati ſpiritu, futurū cecidiſſent, expectandumq; multo antea prædixiſſent, cōtra Chriſtianos ſtulte credere Ieſum dei amiciſſimū natumque ex virgine, opprobria & cruciatum à Iudæis perpeti voluiſſe. Martinus Segonius Nouomontanus ſuo hæc de Chriſti regis noſtri ſepulchro mémorię p̄didit, Sarracenos & Turcas, ex antiqua Mahometi prędicatione ridere Chriſtianæ gētis homines, qui id cōditorium venerabundi obſeruent. Chriſtū prophetam, ſummū affirmātes, ex dei ſpiritu, omnis terrenæ labis expertem, vēturū iudicem gentiū: inficiari tamen verū ipſius ſepulchrū adiri. quoniā glorioſum corpus, diuino cōceptum flatu prorſus fuerit impaſſibile. Hæc Segonius & alia in hanc ſententiam, quæ à Mahometicę gentis hominibus nō magis impie quam ſtulte in noſtros iactari ſoleant. His pſeudopropheta quum ſuam gentē malis imbuiſſet, legem tulit, cui ne ab hominib⁹ ſanæ mentis quandoq; iretur obuiam, abrogareturque vt ſordidę & peſtilenti, capitalē inſcripſit pœnam, ſanxitq; in ſuo Alcorana, ſi quis de ea auſus eſſet diſputare, Qua ſanctione palam fecit nihil ſynceri in ea lege eſſe, quam velut myſterium quoddā texerit, vetueritq; tractari, vt quale eſſet id quod ferebatur, populus haud ſcire poſſet, Sergii Monachi Neſtorianę impietatis vi-

Ex duab⁹ legibus Mahometus vnam commētus.

Sarraceni & Turcæ quid de Chriſto.

De lege Mahometi diſputare capitale eſt.

ri cōſilio & opera in illa ferenda præcipue vſus. Hæc vt Sergius
popularior eſſet, ex omnium gentiū ſectis aliquid aſ- monach.
ſumpſit. Chriſtum imprimis laudandū cenſuit, virum
fuiſſe affirmans ſanctū & omni virtute præſtantē, eun- Lex Ma-
demq; ſupra humanitatis faſtigium ponere, nunc ver- hometi
bum, nunc ſpiritū & dei animā prædicans virginis vte- ex ſectis
ro natum: ipſam virginē miris efferre laudibus, aſtipu- multis
lari miraculis & Euangelicæ hiſtoriæ quatenus à ſuo mendi-
non diſcrepat Alcorano. Euangelia ab Apoſtolorū di- cata.
ſcipulis corrupta eſſe dicebat, oportuiſſe per Alcoranū
ſuum emendari, & Chriſtiani nominis multitudini per Chriſtia-
hęc blanditus à Sergio voluit baptizari: inde in aliorū nis p quæ
ſtudia concilianda cum Sabellianis negare Trinitatē, Mahome
cum Manichæis binariū in diuinis numerum ponere. tus blan-
Negare ęqualitatē patris & filii cū Eunomio. Spiritum ditus.
ſanctum creaturā dicere cum Macedomio, cum Nico-
laitis multitudinē vxorum probare, & vetus teſtamen-
tum, tametſi id quoq; diceret quibuſdam in locis non
carere vitio: prætexuit his ambagibus incredibilē ille-
cebram, qua facile vita capitur, remiſſis ſuæ genti ve-
neris & omnium voluptatum habenis Serpit peſtis hęc Volupta-
propterea in gentes innumeras, vt iam quot a pars ho- tū indul-
minum præ multitudine illa à vero aberrātium adhuc gentia.
ſit in officio. Ex hoc facile attendi poteſt quod Ghri-
ſto credat non Europa tota. Mahometo autem & illius Sarraceni
maxima pars cum tota fere Aſia & Aphrica. Sarrace- vnde ap-
ni, qui hanc pſeudo prophetæ impietatem & delyrium pellati.
primi acceperunt, eam Arabiam partē incolebant, quæ
Petræa dicta eſt, vbi videlicet terra ipſa ab vno latere
Iudeæ inſerta eſt & reliquo Aegypto, à Sarraco loco
Nabathęis propinquo: ſiue vt ipſi volunt à Sara Abraę
vxore appellati, vnde legitimos ſe omnium immorta-
lium ſolos diuinæ promiſſionis ſucceſſores eſſe adhuc
perſuaſum habent. Agriculturæ quidam vacabāt & rei
pecuariæ, maior autem pars militiæ: & ob id ab Hera-
clio ad Perſicum bellum ſtipendio cōducti, quum ſe ab
illo poſt conſequutam victoriā fraudari cognouiſſent,
ira & ignominia accenſi Sarraceni Mahometo duce &
monitore in Syriam ſecedentes. Damaſcum occupa-
bant, vbi copiis & cōmeatu aucti Aegyptum petebāt,

Rerum Sarracenorũ incremẽta. qua ſubacta Perſidẽ, poſtea Antiochiam, & hinc Hieroſolymã: adeo potentia & fama indies eorum res creſcebant, adeo indies augmentabantur, vt nihil amplius ipſis reſiſtere poſſe timeretur: quũ Turcæ fera crudelis Scythica gens ex Caſpiis montibus à finitimis pulſi iã per Caucaſeas portas in minorẽ Aſiam primo, poſtea in Armeniam, Mediam, ac Perſidem deſcendẽtes, vi & armis oĩa ſibi ſubiugarent. Sarraceni igitur his vt pote Imperii fines defenſuri obuiam proceſſerant, ſed quia ipſis impares erãt in breui ad eam deſperationẽ adducti ſunt, vt Mahometi fide abhis recepta, paſſi ſint eos in Perſide ſecum regnare, vt neſcias vtra gens maiorẽ fecerit iacturã, quę tanto regno ceſſerit, an quę eam ſibi peſtem inculcari paſſa ſit regnandi cupiditate: vnius itaq; fide vinculũ ita vtranq; gentem copulauit, vt Sarraceni pro Turcis, & contra Turcæ pro Sarracenis indiſcreta appellatione aliquandiu vocati ſint. Nunc vt video Turcarũ nomen inualuit, altero abolito.

Turcæ qualisgẽs & vñ progreſſa.

Turcæ & Sarraceni in vnum cõſtuxi.

Militia turcarum exquibus conſtet. Non vnum apud hos equitũ genus in vſu. Sunt Thimarceni, qui ſtipendiarii interpretantur, ad octoginta millia: hi vicos, villas, caſtella, vt quiſq; meritus eſt Regis indulgentia poſſident ſtipendii loco prędtoq; ſunt Senſacho, duci videlicet ei⁹ prouinciæ, cui attributi ſunt. In duos hodie diuiſi ſunt exercitus. Aſiaticum & Europeũ, ductu inde maiorũ ducum militaturi, quorũ hic Aſię, ille Europæ præſidet. Hos Baſſas gentili lingua appellant.

Baſſę exercitus Turcarũ duces.

Aconizię Sunt & Aconiziæ fatales dicti, hi ſine ſtipendio militam, ſempérq; agmen præcedunt prędabundi, quintam prædę partẽ regi debent, manubiarum nomine: ſunt hi circiter quadraginta millia. Abiit tertiũ genus in Charippos, Spahiglanos, & Soluphtaros: præſtãtiſſimi horũ Charippi equæſtris dignitatis illuſtres, & circa regẽ frequẽtes octingenti numero ex Scythis Perſiſq;: neq; alio genere hominũ lecti in conſpectu regis inſigniter quum op⁹ eſt, dimicãt.

Charippi

Spahi, & ſoluphtari. Spahi & Soluphatari ſunt qui ab initio ad turpem vſum, pueri adhuc, apud regem fuere, mox adulti regis indulgẽtia vxorẽ ducunt, auctiq; dote coniugis & ſtipendio plurimum oratorũ vtuntur officio, regis latus dextra leuaq; ſtipantes inter eundum. Ad præfecturas & cæteras dignitates ex hoc ferrę or-

dine leguntur. Mille sunt & trecēti numero. Triplex in peditibus ordo. Ianizari hi impuberes adhuc ex toto Imperio leguntur à cōquisitoribus, aliquandiu militari disciplina instruuntur, sub magistro in publicis gymnasiis, mox militiæ ascripti amiciuntur breuiori veste, & pileo albo, ac sursum versus erecto: arma, scutū ensis & arcus: hi castra muniūt, vrbes oppugnāt, suntq; ad viginti millia, & amplius. Secūdi sunt ordinis Asappi, leuis armaturæ pedites, ense, scuto & longiore hasta instruūtur, rubro pileo à Ianizaris discreti: hostium equos in prælio cōfodiunt: horum numerus ad belli magnitudinē accōmodatur, minimum quadraginta millia, cum Rege proficiscuntur: his stipēdium cum bello finitur: ex hoc instituto. Regiꝰ habet exercitus ad ducenta armatorū millia. Cæterum peditū turba sine stipendio voluntariorū, aut euocatorū, suntq; his Calones mixti. Lixe, fabri lignarii, & qui pugnātibus necessaria ministrāt: sternunt vias, per loca arida & abrupta: pontes fluminibꝰ aut stannis imponunt, aggeres in hostes erigunt, cæteraq; ad expugnationes vrbium vtilia expediūt Comitātur castra Numularii, Trapezitæ, institores atq; aliorum id genus hoīm ingens colluuio, ne quid desit eorum, quę humano vsui cōducunt. Sed nihil est qđ in ea gente magis mirari possis, q̃ celeritas in agēdo, in periculis cōstantia, obseruatio imperii: ad minima delicta capite plectuntur: profunda & verticosa tranāt flumina, abruptos superāt montes, iussi per ęqua & iniqua eunt pręcipites, nō vitæ sed imperii memores peruigilii, inedieq; tolerātissimi, nulla ibi seditio, nullus tumultus: fremitus nō clamore vtuntur in pręlio, in castris noctu tam pertinax silentiū, vt patiantur captiuos dilabi, ne tumultus excitet̄ aliquis. Hi ex oī mortaliū numero hodie legitime militant, vt nemini mirū videri possit, quid sit quod res eorum tantū ad hunc diē creuere, quantum ducentesimo ab hunc anno nullius alterius gentis, possitq; vere dici, esse id genus hominū inuictum, nisi aut lue aut peste aliquam teterrima, aut domestica discordia vincantur vestitus quo milites vtuntur honestissimus est, nihil indicētiæ, nihil inhonestatis omnino habēs. In sellis ac frænis nulla curiosi-

Peditum Turcarū triplex ordo.

Regius exercitus ducenta millia.

Turcarū in re militari peritia.

Soli Turcę legitime militant.

tas aut ſuperfluitas eſt. Armis inditus eorũ nemo in-
cedit, niſi quum pugna inſtet, arma poſt eos in ſarcinis
deferuntur. Vexillis non vtuntur, ſed lanceis, ex quarũ
ſummitate quædam diuerſico loria fila dependent, per
quæ ſinguli ducum à ſuis internoſci valeant. Tympa-
no tamen & fiſtulis ad conuocandũ concitandumq; ad
pugnam vtũtur. Regi ſtrario, qui magnatum vnus eſt,
defuncto bello præſentari omnis exercitus debet, tum
vt qui, & quot bello amiſſi ſint cognoſcatur, cum vt in
illorum locum alii ſcribantur. Pro militibus in omni-
bus cõgregationibus & conuitiis orant, ſed multo ma-
gis pro communi patriæ cauſa cæſis, fœlices beatóſq;
eos appellantes. quòd non domi inter coniugum, filio-
rúmq; lamentationes obierunt, ſed foris inter hoſtium
fremitus, haſtarumq; fragorem. Maiorũ ſuorum victo-
rias deſcribunt, deſcriptas cantant & extollunt, multũ
enim militum animos per hoc excitari exiſtimãt. Do-
mus & cætera ædificia, ſub quibus habitare ſolent, de
lignis & terra vulgo ſunt, pauca de lapidibus, ſolorum
magnatum domus, balnea & deorũ templa ex his vul-
go conſtructa: quamuis & plebeiorum quidã locuple-
tes adeo ſunt, vt exercitum armare expedireq; integrũ
vnus poſſit, ſed quia frugales ſint, & omnem ſumptum
diuitent, humilitatem diligũt: voluntariam hanc pau-
pertatem, & rerum ſitum patienter ferunt. Ob hanc e-
tiam cauſam picturas abiiciunt, imaginum ſculpturas
ſic abhorrent ſic deteſtãtur, vt Chriſtianos, qui eis tan-
tum delectemur idolatras vocitent, & in veritatem eſ-
ſe contendant. Sigillis in literis ſiue regis, aut cuiuſcũ-
que alterius fuerint nullis vtuntur, nullis ſignis obmu-
niunt, fidem habent ſtatim vbi ſolummodo mittentis
nomen audierint, aut ſcribẽtis ſtylum inſpexerint. Cã-
panarum vſus apud eos nullus, nec etiam Chriſtianos
inter eos habitantes habere ac vti permittunt. Pro pe-
cunia aut aliqua alia re non ludunt, ludere repertos i-
gnominiis multis & probris afficiunt & proſequũtur.
Ad ſedendum ſcamnum, ſedile, aut aliud fulcimentum
nemo cuiuſcunque dignitatis conditioníſve exiſtat, re-
quirit, ſed decentiſſima quadam & membrorum & ve-
ſtium cõpoſitione ſuper terram pueror ũ more recum-

Vexillis nõ vtũtur Turcæ

Tympano & fiſtulis etiã Turcę vtuntur.

Maiorũ victorias Turcę decantãt.

Humiliter Turcę ædificãt.

Chr̃iani habẽtur à Turcis idolatræ.

Sigillis nõ roborant literas tur.

Sedib⁹ & ſcãnis turce non vtuntur.

bit. Mensa supra quam vescuntur vt plurimum è corio bubulo parata est, aut ceruino non concinnato & adhuc hirsuto, rotunditatem habens quatuor vel quinque palmarum latitudinis, circulos multos per circuitū insutos ferreos quibus quū corrigiæ inducti sunt instar bursæ clauditur expēditur & portatur. Domum, ecclesiam, aut alium locū in quo sedendū est, nisi discalceatus, nemo intrat, quum inhonestum indecorúmq; valde habeatur, vt calceatus quis sedeat, quare calceamento quodam vtuntur, quod facile & deponi potest & recipi. Locus in quo vel domi, vel in ecclesiis sedetur stratus tegetibus laneis est, aut scirpeis: habentur quoque interdum propter locorum humiditatem & immunditiam tabulata. Vestimentis vtuntur tam viri, quam fœminæ satis largis & longis in anteriori parte apertis, quo honestius curuati naturę opus perficere cælaréque possint. Multum enim in egestione cauetur, ne meridiem versus, quo orantes se vertere solent faciem conuertant. Multum etiam ne ob homine quopiam conspecti turpitudinem suam ostendant. Curuati etiam quēadmodum apud nos mulieres micturiunt: nam si stando quispiam mingeret, pro stulto aut hæretico ab omnibus habere. A vino, quoniam peccati & omnis immundiciei seminarium sit, ex lege abstinent, vuas tamē comedūt, & mustū potāt, Abstinent se quoq; à carne & sanguine suillo, necnō ab oī morticino, reliquis comestibilib⁹ cunctis vescētes. Diem Veneris ab omni labore feriati tanto studio & religione colunt, quanta nos dominicam, aut quanta Iudæi sabbatum. In singulis ciuitatibus ecclesia vna principalis est, in qua eo die post meridiem conueniunt omnes, atq; oratione solenniter peracta, prædicatio fit. Vnū deum confitentur qui nullum sibi vel similem habeat, vel ęqualē, cuius propheta fidelis Mahomatus sit. Quinquies in die Sarraceni oēs orare tenentur, faciebus ad meridiē versis, & hoc antequam facient, perfectissimam corporis munditiā habere, culū, veretrum, manus, brachia, os, aures, nares, oculos, capillos, ad vltimū pedes etiam decentissime lauare pręsertim post coitū & egestionē, nisi ægrotauerint, vel in itinere fuerint. Si vero aqua eis ad hoc desit, quod ta

Mensæ turcarum è corio sunt.

Vestimēta Tur. fluxa.

Viri curuati mingunt.

Vinū nō bibūt tur.

Caro suil lavitatur.

Dies Veneris tur cis sacra.

Quinqes in die orant.

men contingere raro aut vix poteſt, quod in omnibus ciuitatibus continua balnea ad hoc habeantur, puluere mundæ & recentis terræ perficiunt: ante ablutionem hunc pollutus quacunque pollutione loqui ſecum, aut ſe etiam videre, quantum poſſibile eſt permittit neminem. In quolibet anno menſem integrum & hebdomadam ſtrictiſſime ieiunant, Interdiu nec comedẽtes, nec bibentes quicquam: nec etiam ſe mulieribus commiſcẽtes: poſt ſolis autem occaſum ad vſq; ſequentis diei exortum cibis, potibus, ac veneri ad placitum indulgent, In fine ieiunii & poſtea iterum ſexageſimo die paſcha celebrant, in memoriam arietis Abrahæ oſtenſi in ſacrificium filii loco: noctiſq; cuiuſdam in qua Alcoranũ de cœlo datum exiſtimant. Semel quotannis etiam ad domum dei, quæ in Mecha eſt ire Sarraceni omnes debent, tum propter profeſſionem ſuę recognitionis, tum annuos honores Mahometo perſoluendos, cuius ſepulchrum ibi obſeruabatur. Religionem ſeu ſectam ſuam abnegare Sarraceni neminẽ cogunt, nec iſtud alicubi perſuadere conantur: quamuis alcoranus præcipiat, vt aduerſarios prophetáſq; eorundem perdãt, & omnibus modis perſequantur: vnde fit & in Turcia omniũ ſectarum gentes habitant, & quæq;, vt ſolet, ſuo deo ſacra faciat. Sacerdotes præterea eorum à communi populi nõ multum differunt, nec a priuatis ædibus eccleſiæ. Alcoranum ſcire ſufficit & quæ ad orationem cultúmq; legis pertinent: meditationibus literarúmq; ſtudiis minime vacant. Non enim eccleſiarum aut animarũ aliqua cura occupati ſunt, ſacramenta nulla habent, reliquiarum ſacrorúmque vaſorum, & altarium nulla obſeruatio, ſed vxoribus liberis, ac cæteræ familiæ intenti agriculturæ, mercaturæ, venationi, & ſimilibus ſtudiis, quibus victus quęritur & vita ſuſtentatur, quemadmodum laici cæteriq; incumbũt: nihil eſt ipſis facere illicitũ, nihil prohibitum à ſeruitute, ab exactionibus immunes ſunt, honoris plurimum ab omnibus percipiunt, vt qui legis cæremonias ſciant, eccleſiis præſident, & alios docere poſſint. Gymnaſia multa & magna habẽt in quibus ciuiles leges à Regibus latę pro regni adminiſtratione defenſionéq; plurimi docentur, quorũ dein qui-

Marginal notes: Cõtinua balnea. — Ieiunia Turcarũ. — Paſcha Turcarũ. — Dom⁹ dei in Mecha — Sarraceni ad ſectã ſuam cogunt neminem. — Sacerdotes Turc. — Gymnaſia Turcę multa habent.

dam ecclesiasticis, quidam sæcularibus officiis præficiuntur. Sunt etiā in ea secta multi varii religiosi, quorum quidam in nemoribus & solicitudinibus vitam villatim ducētes hominum cōmercia, effugiunt quidā in ciuitatibus hospitalitatē exercētes peregrinos, pauperes, ad hospitia saltem recipiunt, si non habeant quo reficere possint ex mendicitate enim & ipsi viuūt: alii per ciuitates vagantes in vtribus quibusdam bonam atque semper recentem aquam portant, quē cuiq; petenti bibendā vltro offerūt, pro quo pietatis officio si quid ipsis porrigitur accipiūt, cupiunt nihil tantam religionis ostentationem in dictis & factis, in moribus & gestu prę se ferentes, vt non homines, sed angeli credi possint, signum quoddā quísque gerit, per quod cuius professionis sit internosci habet. Iustitiæ Sarraceni ceu Turcæ exactores strenuissimi sunt, qui hominis sanguinē fuderit, pari pœna semper plectitur. In adulterio deprehensus, cum adultera absque misericordia, absq; mora lapidatur. Est etiā fornicariis sua pœna expressa, octingētos flagelli ictus seu verbera tolerare debet, qui pręuentus fuerit. Fur prima & secunda vice deprehensus totidem ictibus flagellatur tertia, manu trūcatur, quarta, pede. Qui damnum alicui infert, prætio æstimato satisfacere compellitur. In possessionibus repetundis, vt petitum testibus comprobetur, legis sancitum, vtque negator iuramēto sese expurget. Testes nullos nisi valde idoneas probatásq; personas, & quib⁹ sine iuramēto credi possit admittunt, Inquisitores per regionē multi etiam constituti sunt, qui orationem, ad quas tenentur, negligentes indagatos talibus quidē adficiunt ignominiis, tabulam vnam cum pluribus caudis vulpinis illorum collis appendunt, & hinc inde per totam ciuitatem trahentes nō dimittūt donec se certa pecunia absoluant. Extra matrimonium nemini, qui ad prouectā ætatem iam peruenerit, vitam agere licet. Vxores autē ducere legitimas quatuor possunt, & demptis matrib⁹ & sororibus quascunque volunt: nulla sanguinis habita ratione: legitimas vero quotquot placuerint, & enutrire valeant. Filii tam ex his, quam ex illis suscepti

Religiosorū turcarum familiæ.

Iustitiā Sarracenorum.

Adulterorū pœna.

Furum pœna.

Vxores turcę quatuor ducunt.

hæredes in patris bonis æqualiter habentur. Hoc tamē seruato, quod duæ filiæ filio vno coæquantur. Cōiuges duas aut plures non in vna domo, nec etiam in vna ciuitate habent, ob iuges cōtentiones earum, atq; inquietudines, sed in singulis ciuitatib⁹ singulas. Libertatem viri eas tertio repudiendi habent, tertio item recipiendi. Repudiatæ vero à quo viro suscipiantur, si lubet, permanere possunt. Hæ in vestitu honestissimæ sunt. In capite mitris vtuntur velis ipsis superpositis, ita, vt decenter ac inuolutæ, vna veli extremitas à dextra aut sinistra capitis parte dependeat, qua, si domum exire, vel in domo in virorum conspectum progredi debeant, sine mora aliqua totam faciem præter oculos velare possint. Nunquā audat fœmina Sarraceni vbi virorum congregatio est apparere. Forum adire, vendere aliquid aut emere omnino fœminis illicitū. In ecclesia maiori locum à viris longe remotum habent: & adeo occlusum, vt nemo introspicere possit, nec aliquo modo intrare. Quem tamē non omnes, sed magnatum solum vxores & nunquam alias, quam die veneris ad vnicam horationis meridianæ, horā, quę solennis est apud eos, vt dictum est intrare debent. Colloquutio viri & mulieris in publico adeo rara est, adeo pręter consuetudinē, vt si inter per eos annū integrum moraris, semel vix videre posses. Virū apud mulierē in aperto sedere, aut equitare cum aliqua, pro monstro duceretur. Coniugati mutuo, aliis videntibus, nunquam lasciniunt, nunquam rixantur, quum nec viri erga mulieres grauitatem vnquā remittant, nec mulieres erga viros reuerētiam. Magni domini, qui apud suas perpetuo esse nō possunt, ad earū custodiam deputatos Eunuchos habent, qui tanta custodia illas obseruāt, & tuentur, vt præter maritū impossibile vlli viro sit eas alloqui posse, impossibile ipsas posse pręuaricari. Postremū Mahometo, legibûsq; ipsius fidei tantum Sarraceni tribuunt, vt illas seruantibus æternam beatitudinē certissime promittant: paradisum videlicet deliciarū hortū dulcibus & æmœnissimis aquis quaq; versum irriguū sub puro & temperato cœlo constitutū, in quo quicquid velint habituri sint: omniū ferculorū genera ad saturitatē, serica atq; purpurea indu-

Repudiū apud turcas.

Mulierū Sarracenorū vestitus.

Eunuchi mulieribus deputati.

menta, adoleſcentulas ad nutum ſpecioſas, cum aureis argenteiſq; vaſis. Angelos pincernarum more in aureis lac, in argenteis vina rubea vbertim propinantes miniſtros. Contra non ſeruantibus infernum comminantur interitúmq; ſempiternũ. Hoc etiã credunt, quòd quantiſcunque quis criminibus obnoxius, ſi moſiturus tantum deo credat & Mahometo, ſaluus fiat.

¶De Chriſtianis, eorũmq; origine & ritibus. CAPVT XII.

CHriſtus Ieſus dei patris omnipotẽtis verus & ęternus filius, ſecunda in ſancta, indiuidua, æquali, perpetua trinitate perſona, incomprenſibili & à ſeculo abſcondito conſilio, atq; myſterio anno abhinc millesimo quingenteſimo viceſimo, vt miſeros & infelices homines in primis parẽtibus Adam & Eua per inobedientiæ peccatum eheu lapſos, & ob id multis ſeculis cœleſti patria excluſos erigeret, eóque reduceret, ac detruſorum ſpirituũ vetuſtiorẽ ruinã, ad quã ſupplandã præcipue creati fueramus, aliquãdo in cœlo reſarciret. Sancti ſpiritus cooperatione in Iudęa à virgine Maria. de Progenie Dauid, homo conceptus & natus eſt. Triceſimo vitæ ſuę anno vſq; in triceſimumquartũ, quo ex Iudęorũ inuidia cruci affixus periit, Iudęã omnẽ percurrens, Iudæos primum, deinde alias gentes ab antiqua Moſaica lege, ab idolorũ profana cultura ad nouã ſuã inſtitutionem adhortatus eſt. Sequaces quotquot habere potuit diſcipulos appellauit. Ex quibus duodecim ſelectioribus poſt mortẽ ſuam, cum (vt prædixerat) iterũ viuus apparuiſſet, cõmiſit, vt apoſtolorũ ſiue legatorum nomine in orbẽ vniuerſum irent, & quæcunq; ab eo didiciſſent vidiſſentq; creaturę omni prędicarent. Symon Petrus, cui eccleſiæ ſuæ regimen principatumq; diu antea poſt ſe ſuſcipiendũ tradiderat, quũ poſt ſanctiſpiritꝰ perceptionem alii ad alias terræ oras, vt ſortiti & iuſſi fuerant, ad prędicandũ diuertiſſent, primum Antiochiã venit, ibiq; eccleſiæ cathedram primariam conſtituẽs, cũ aliis apoſtolis, qui ſępius ad eum venerãt, concilium celebrauit: in quo inter cætera Chriſtianos à Chriſto deinceps dici decretũ, qui illius dogma orthodoxámq; pietatem amplexi fuerẽtur: Romã deinde ſede prima-

Cauſę natiuitatis Chriſti.

Maria virgo Chriſti mater.

Chriſti ſequaces diſcipuli vocati.

Petrus eccleſię Chriſti princeps.

Antiochia prima eccleſedes.

A Chriſto dicti Chriſtiani.

ria translata, pro maximo ipse, & successores sui semper habuere negotio rudē & incultā adhuc Christi sui sectam, eámq; professos, aliquo bono ordine & gubernatione ex Mosaica lege, quā Christus nō soluere, sed adimplere venisset, ex politiis Romanorū, Græcorū, ægyptiorum, aliarúmq; gētium sacris & prophanis ritibus, legibus, moribus, ex saluberrima in primis Christi Iesu doctrina, & sancti spiritus inspiratione cultiores facere. Rem aggressi, quēadmodū non solū apud Hebræos, sed alias etiam gentes, diuisos viderint homines in sacros & profanos, & tam his, quā illis pulcherrima ordinatione, suos gradus, suas dignitates. Esse monarcham orbis vniuersi tunc Romanum imperatorē esse cōsules esse patritios, qui & senatores, ad arbitrium quorū omnia ordinarentur, esse per terram reges multos, duces, comites, præsides, pręfectos, suffectos, tribunos militū, tribunos plebis, prætores, primipylos, centuriones decuriones, quaterniones, duumuiros, quæstores, ædiles, ianitores, scribas, lectores, & priuatos homines vtriusque sexus multos In deorum vero templis Regem sacrificulum esse, archiflamines, protoflamines, flamines sacerdotes pari ordine apud Hebræos in sacris summum pontificem esse, minores sacerdotes, leuitas natineos, luminum extinctores, exercistas ianitores siue æedituos & cantores. Apud Græcos, chiliarchos, hecatōtarchos, penthacontharcos, decharchos, pentharcos. Esse præter eos quoque tam apud eos quam illos, diuersos & virorum & mulierum religiosos conuentus multos. Saducæos, Essæos, Pharisæos apud Hebræos, Salios, diales, Vestales apud Romanos. Consensere sanctissimi apostoli omnes, vt PETRVS, & qui in Romana sede succederent, imperpetuum papa tanquam pater patrum, vniuersalis, apostolicus, sanctissimus, & summus pontifex diceretur. ECCLESIÆ catholicæ Romæ tanquam monarcha Romanus imperator orbi in vniuerso, præsideret. Consules quorum semper duo erant æquarent in ecclesia patriarchæ quatuor: Constātinopolitanus, Antiochenus, Alexandrinus, & Hierosolytanus, senatores Cardinales exprimerēt. Reges qui tribus ducibus, Primates tribus archiepiscopis imperātes

Christiana religio à quibus sumpta.

Romana politia.

Hebræorum ciuilitas Græcorum administratio.

Ro. pōti. papa vocatus.

4. patriarchæ.

Primates

designarent: archiepiscopi seu Metropolitani ducib⁹ cõ parârentur, quod velut illi pluribus comitibus, sic ipsi episcopis mandarent. Episcopi comitum similitudinẽ exprimerẽt Coepiscopi, siue episcoporum vicarii pręsides, præfectos præpositi. Tribunos militũ archipresbiteri redderent, Tribunosplebis cancellarii, pretores archidiaconi. Cẽturiones decani. Decuriones presbiteri parochi, aduocatos sacerdotes alii. Aediles diaconi. Quaternióes subdiaconi. Duũuiros exorcistæ. Quęstores hostiarii, aulę ianitores, lectores, cantores, siue poetas, Acoluthi scriptores, aut cęroferarios pręsentarent. Eos omnes communi appellatione clericos, à cleros, id est sorte, qua ex populo primũ in die sortem eligabãtur vocari voluere. Septẽ tamen, quos adhuc Romanus põtifex solenniter sacrificans secum in altari habet: cæteris nominatiores esse Epipos scilicet presbiteros, diaconor, subdiaconos, acoluthos, cantores, quibus singulis in ecclesia sua officia, habitũ atq; dignitatem attribuere. Episcopis clericos alios ordinare, virgines velare & benedicere, pontifices consecrare, manus imponere, confirmare, basilicas deo dedicare, deponendos ab officio sacerdotes deponere & regradari, synodos celebrare, chrisma cõficere, vestes & vasa sacrare, & alia quę minoribus etiam sacerdotibus communia, vt cathecizare: baptizare, sacramentum altaris conficere, aliis communicare, à peccatis pœnitentes absoluere, contumaces arctius irretire, euangelium annũciare, Caput in apice, quatuor digitorum latitudine, in rotundum more Nazareorum radere, & neq; comas, neq; barbã nutrire. perpetuo castos esse, sacerdotibus omnibus precipere. Victum his solum ex primitii, decimis & oblationibus esse, secularibus curis negotiisque omnino vacare, honeste vestiri, incedere, & conuersari: soli deo & ecclesiæ deseruire, lectioni sacræ sedulo incumbere, vt omnia quæ Christianę religionis sunt in quibus alios instituere obligantur, ipsi perfecte norint. Religiosi conuentus tam virorum quam mulierum sunt Benedictini Prædicatores, Franciscani, Augustiniani: Bernardini, Antoniani, Ioannitæ, Cartusiani, Pręmonstratenses, Carmelitæ. Cistercienses, innumerique

Archiepiscopi, cũ cęteris ordinibus ecclesiasticis.

Quid episcopis cõcessum.

Sacerdotũ qualis vita & habitus.

Christianorũ religiosi conuentus.

alii, quibus omnibus ex regula, quam sibi priuatim qui q; præscripsere, certus habitus, certáq; viuendi ratio est continentiam, paupertatem, atque obedientiam perpe tuã professi, vt plurimum, vitam solitariam agunt, qua re monachi, id est, solitarii appellantur. Quidã abbates quidam præpositos, aut priores sibi præficiunt, Episco pis aut Romano tantũmodo pontifici subsunt. Cucu- lo quis non vnius coloris fere vtuntur omnes, & car nibus abstinent. Episcopis sacrificaturis sacratas vestes ex Mosaica lege desumptas ob profectioné eorũ quin decim numero esse. Sandalia, amictũ, albam talaré, cin gulum, stolam, manipulum, tunicam, hyacinthinã, dal matitam, chirotecas, annulum, castulam, sudariolũ, pal lium, mitram, pedum & iuxta altare, quo sederet, cathe dra. E quibus noué quoq; minoribus sacerdotibus cõ- munes esse voluere, amictum, albam, talaré, cingulum stolam, manipulum, castulam. Romano pontifici præ- ter eas ex Constantini magni largitione, omnia Ro- mani imperatoris insignia permissa, tunica coccinea, purpurea chlamys, sceptrum, diadema fastigatum, qui bus in magnis festiuitatibus in sacrario rite indutũ ré diuinam facturum ad altare stipatum procedere. pres- bytero á dextro, diacono á sinistro lateribus: subdiaco no cum libro clauso cæroferariisque duobus, & vno cũ thuribulo suffumigante præcedentibus, eo peruentum mitram deponere, atque in imis gradibus peccatorum publicam confessionem cum comitibus dicere, ascen- so postmodum altari, codicem in cornu aræ sinistro ia centem aperi, deosculari, & missæ sacrificium suis cæ remoniis perficere. Subdiaconum epistolam, Diaco- num euangelium legere. Septies per singulos dies De- um laudare, orareque præscriptis orationibus, tam maioribus quam minoribus sacerdotibus præcepere, circiter vesperum vesperas, sub noctis crepusculo com- pletorium. matutino tempore matutinas, primam, ter- tiam, sextam, nonã, prima, vtertia, sexta, nona die ho- ris: & hoc, si fieri possit, in ecclesia ante altare humili- ter orientem versus. Oratio dominica, symbolumque Apostolorũ, quemadmodum adhuc hodie á vulgo, ab initio tantũ dicebãtur. Beatus Hieronymus Damasi pa

Monachi solitarii

Quídecĩ sacræ Episcoporũ vestes.

Noué priuatorũ sacerdotum

Romani pontificis vestes.

Septies p dié orare sacerdotes.

Horæ. 7. canonicæ Oratiões quis ordinauerit.

pę impulſu, pſalmos per ferias degeſſit, & horis ſingulis proprios deputauit. Nocturnis die ſacro nouem: nō ſacro, duodecim. Laudibus matutinis quinque. Veſperis quinque, cęteris omnibus tres. Euangelia, Epiſtolas aliaq; quæ ex veteri ac nouo inſtrumento adhuc legũtur, pręter cãtũ, pro maiori parte ordinauit. Damaſus antiphonas, quas Ambroſius Mediolanenſiũ epiſcop⁹ cõſcripſit, diuiſo pſallẽtiũ choro alternatim cãtare inſtituit, & ſingulis verſum Gloria patri &c. adiecit. Lectiones & hymnos, qui horis ſingulis præmittũtur cõſilia Toletanum & Agatonẽſe approbauere. Oratiões gradualia, tractus, alleluia, offertoria, communiones in miſſa: Antiphonas, verſiculos, tropos, aliaque quę tã in nocturno quam diurno officio cantantur, leguntur que ad decorem & laudẽ dei Gregorius, Gelaſius, Ambroſius, & pleriq; alii ſancti patres non vno, verum diuerſis temporibus ædidere Miſſa (ſic appellant ſacrificiũ) à lectione primum, eo ſimplici apparatu tenoreq, quo adhuc ſancto paſche ſabbato fit, celebrabatur. Cœleſtinus Papa introitum addidit Theleſphorus. Gloria in excelſis, Hymnum & in terra Hylarius Pictauiẽſis cõpoſuit. Symach cantari⁹ inſtituit. Salutationes, quę per Dominus vobiſcum ſepties in ea fiunt, ex libro Ruth tranſſumptæ, Clemens & Anacletus interpoſuere, Gelaſius cætera ad offertorium vſque ordine quo paragũtur ordinauit, præter ſequentias, quas Nicolaus, & ſymbolum, quod Damaſus ex Cõſtantinopolitana ſynodo immiſcuere. Prædicatio, quæ ex ſuggeſto dieb. feſtis á ſacerdote aut diacono ad qopulum fit Neemiæ aut Eſdræ exemplo inoleuit magis, quàm inſtituta eſt. Monebantur in hac ab initio quum omnes in miſſa præſentes ex præcepto communicarẽt, ad mutuã cõcordiam, qui odio inſectabãtur, vt mundi nõ polluti vitiis, ſacramentum altaris pręciperent: ratione cuius publica pec ctaorum confeſſione adhuc hodie ea concludi ſolet veteris ac nouæ legis inſtrumenta, decem dei præcepta, duodecim fidei articuli, ſeptem eccleſiæ ſacramẽta, ſanctorum vitæ & martyria, dies ſacri, doctrinæ, virtutes & vitia: & quæcunque alia que Chriſtiano homini cognitu neceſſaria ſunt, edocentur. Offertoriũ Gre-

Alternatĩ canere.

Miſſę offi cii apparatus.

Sermo quare in miſſa fiat

De quib⁹ ſermo fiat

Offertorium.

Præfatio. gorius apposuit. Leo præfationes. Maiorem & minorẽ
Canon. canones Gelasius, Sanctus, beatus Sixtus. Pater noster
vterque ex Matthæi euangelio Grægorius. Martialis beati Pe
Oratio tri discipulis benedictionem dare episcopos, pacem mi
dominica nores sacerdotes Innocentius instituit, Agnus dei Ser-
Duode- gius adiunxit. Gregorius communionẽ. Conclusionẽ
cim fidei per Ite missa, per benedicamus domino, & Deo gratias
articuli Leo adinuenit, Duodecim fidei articuli, quos quẽlibet
nedum constantissime cõfiteri verũetiam credere bea-
ti Apostoli mandauere, tales recẽsentur. Prim⁹ vnũ de-
um trinũ esse patrẽ omnipotentẽ cœli terræq; factorẽ.
Secũdus Iesum Christũ filiũ eius vnigenitum, dominũ
nostrũ. Tertius eundẽ de spiritu sancto cũceptũ, ex Ma
ria virgine natũ. Quartus sub Põtio Pilato passum, cru
cifixum, mortuum, atq; sepultum. Quintus ad inferna
descendisse, rursus à mortuis tertia die resurrexisse. Sex
tus ad cœlos ascẽdisse, sedare ad dexterã dei patris oĩ-
potentis. Septimus venturum rursus cum gloria, iudica
tum viuos & mortuos. Octauus spiritum sanctum esse.
Nouus sanctam ecclesiam catholicam. Decimus san-
Decẽ dei ctorum communionem, remissionem peccatorum.
pręcepta. Vndecimus carnis resurrectionem. Duodecimus æter-
nam post obitum in alio orbe vitam, Decem præce-
pta, quæ Deus digito suo conscripta per Mosen Israe-
litico populo dederat, & nos obseruare voluere. Pri-
mum est, vnum deum credere Secundum, ipsius no-
men vane non assumere. Tertium, sabbata sanctifica-
re. Quartum, parẽtes & natu maiores honorare. Quin
tum, non occidere. Sextum non, mechari. Septimum,
non furari. Octauum, falsum non attestari. Nouum
Septẽ ec- rei alienæ non inhiare. Decimum, alteri nuptam ne-
clesiæ sa- que concupiscere. Septem ecclesiæ sacramenta, quæ
cramenta in posterioribus quinq; fidei articulis includuntur, &
batismus credi à nobis sancti patres pręcepere. Primum, baptis-
primum. m⁹ est, hoc ex canonica sanctione, nisi maxima necessi
Septies tas citus depoposcisset, olim non nisi in fide prius opti
baptizãdi me instructis & approbatis catecuminis, per examina
olim exa vel inquisitiones septem, quæ septem certis per quadra
minabã- gesime ieiunium diebus fiebant, sacris paschæ & pen-
tur. thecostes sabbatis, quib⁹ consecrari in parochiis oĩbus

ſolet, dabatur. Quoniam vero præ cæteris ad æternam ſalutem id apprime neceſſarium eſt, ne quis eo orbatus ex vita hac abſcedat: ſtatuere, vt nato mox infante, patrini huic, tanquã teſtes, aut fideiuſſores, rogẽtur, à quibus ante eccleſiæ fores ſtatutus, à ſacerdote ad hoc acceſito priuſquam ſacro fonte immergatur quęreretur, an Sathani pompiſq; eius omnibus abrenunciauerit, an fidei Chriſtianæ articulos omnęs firmaret credat. Patrinis pro eo affirmatib⁹, ſacerdos ter in faciem illi inſufflans, exorcizat, catechizátq;. Septem poſtea cum eo per ordinem facit, bene dictum ſal ori illius primo immittit. Secũdo oculos, aures, nares terra ſuo ſputo maleſacta illinit. Tertio nomen, quo poſtea vocetur imponens, in pectore & dorſo oleo ſancto in crucis formam cõſignat. Quarto baptiſmo ter ſanctæ trinitatis nomine patris, & filii & ſpiritus ſancti, quo etiã alia ſacraméta omnia exhibẽtur, immergit: aut in crucis formã ter prefundit. Quinto pollicæ ſacro chriſmate intincto fronté ipſius cruce notat. Sexto veſtem eum can didam induit. Septimo candelam ardẽtem præbet. Iudęi antea quã baptizantur, ex Agatonenſi cõcilio men ſes nouem catecumini in fide inſtruuntur, diéſq; quadraginta ieiunare debẽt diuitiis ſe ſuis omnibus abdicare, ſeruos manumittere: filios ſi quos Moſaica lege circunciderint à ſe procul repellere. Nemini ob id mirandũ, ſi tam grauate gens illa baptiſmo admoueatur. Confirmatio, ſecundum ſacramentũ, ab Epiſcopo ſolũ in eccleſia, ante altare adultis: & ſi fieri poſſit ieiunis, tali quidem ritu largitur. Confirmendi cũ ſingulis patrinis omnes adſunt. Epiſcopus dicta ſuper omnes vna oratione ſingulorum frontes humectato chriſmate po lice, crucis in forma patris, & filiis & ſpirit⁹ ſancti nomine conſignat, alapamque maxillæ ſiniſtræ in ſuſcepti ſacramenti memoriam, ne repetant, incutit. Patrini ne recens vnctio defluat, aut per incuriam abſtergatur mox præparata ad hoc faſcia frontẽ obligant, non niſi ſeptimo die deponere fas ducunt: tantum huic ſacramento ſancti patres conceſſere, vt nomẽ in baptiſmate impoſitũ, ſi diſpliciat, in huius perceptiõe ab Epiſcopo in aliud mutari poſſit. Tertiũ ſacramentũ eſt ſacer or-

Septẽ cir ca baptizandos.

Tam grauate cur Iudęi baptizãtur.

Cõfirmatio ſecũdũ ſacramentum.

.3.sacramentũ sacer ordo. do:similiter ab episcopo solũ in prima ecclesia in Decembri tantum, nunc constitutis sex anni temporibus puta singulis quatuor ieiuniorũ, eam ob causam institutorum, sabbatis. Sabbato, quod sitiẽtes dicitur, & sacrosancti paschæ sabbato cõfertur, maribus solummodo, & quorum vitæ conditio, corporum habitudo, animorum qualitas, satis cognita perspectáq; sit. Septem, quosdam nouem enumerantur, in quibus singulis characterem specialẽ suscipientis animæ imprimi, & eum hominem sacrum deinceps esse, credi sancti patres voluere: hi psaltes sunt, hostiarii, lectores, exorciste, acoluthi, subdiaconi, diaconi, presbyteri, episcopi, vnum tamen sacramentum, non plura, ratione finalis officii, quod est dominicum corpus consecrare, censetur. Singulis sua in ecclesia officia, insigniáque ex Toletano concilio constituta. Hostiariis sacras ædes tueri, aperire & recludere: clauis ob id eis in ordinatione datur. Lectoribus vetetis testamenti sacrorúmq; historiarum legendi facultas, codex tribuitur. Exorcistis obsessos malo dæmone homines adiurare, in signum, quo illud cõtinetur, liber porrigetur. Acoluthis candelabra, luminaria, vrceolos ad aram disponere, atq; portare, Cãdelabrum eis cum cæreo, vrceolique vacui prestantur. Subdiaconis oblationes percipere, calicem, patinámq; attrectare, & ad sacrificium deferre. Vinum & aquam in vrceolis diaconis administrare, vacuus ea de re ipsis calix cum patina ab episcopo, vrceoli vino aquáq; pleni, & mappula ab archidiacono dantur. Diaconis Dei Verbum gentibus prædicare, & sacerdotis in sacris ecclesiæ actibus deseruire committitur. Euangelii liber tribuitur, & stola in modum iugi altero tantummodo eius humero iniecta. Presbyteris dominicum corpus consecrare, pro peccatoribus orare, atque per iniunctã pœnitentiam deo rursus cõsiliare potestas. Calix cum vino, patina cum hostia, stola super vtrunq; humerum, & castula insignia. Quid episcopo datum supra auditum. Dominica hic tantum die, horam circites tertiã, infra missæ officium priusquam. Euangelium legitur, ordinatur per manus & libri super caput positionem ab aliis episcopis, connumerato Metropolitano, tribus,

7. clericorum ordines.

Ordinib9 officia & insignia data.

Episcopi cõsecratio.

Episcopi in prima ecclesia ab aliis presbiteris parũ aut nihil differebant, communi concilio ecclesię moderabantur, antequam dissensiones vulgo audirentur, quib⁹ vnusquisq; se non à Christo, sed à quo baptizatus esset, hic Pauli, alius se Apollinis, tertius Cephæ appellaret: pro vniformitate igitur conseruanda, & schismatibus vitandis, necessario decreuere sancti patres, vt cõmuni appellatione omnes qui baptizarentur, Christiani deinceps à Christo dicerentur, vtque singulis prouinciis, prout magnæ vel paruę essent, vnus aut plures presbyteri probatiores, episcopi nomine, proficerentur: qui non, vt antea, suo nutu, sed ecclesiæ Romanę sacrorũq; conciliorum statutis ordinationibúsq; subditum sibi & clerum & populum gubernarent, instituerentq;. Tunc primũ priorum principũ auxilio permissũque regiones per totũ Christianum orbẽ indioceses dioceses in conuentus seu capitula, capitula in parochias diuisę: & pulcherrima illa ordinatio, qualis adhuc cernit tam in clero quam in populo facta, vt populus vicanus dato iure suo parocho obediat, parochus decano, decan⁹ episcopo, episcopus archiepiscopo, archiepiscopus primati siue patriachæ, primas siue patriarcha legato, legatus papæ, papa concilio, concilium deo soli. Corporis & sanguinis Christi salutiferũ sacramentum sacerdotes quisque rite secundum ecclesiæ claues ordinatus, consecrareque intendens, obseruata verborum forma, conficere ex triticeo pane verum corpus, ex vino verum sanguinem Iesu Christi potest. Ipsemet Christus dominus noster nocte, quæ passionis suæ diem proxime præcessit, cum discipulis celebrauit, & in memoriam suiipsi⁹ celebrandum, manducandúmq; perpetuo instituit, & cõsecrauit. Magna fide circa id necessariũ, [vt primo transmutari panem in corpus, vinum in sanguinem Christi credatur. Secũdo id licet quotidie fiat, Christum tamẽ non augmentari. Tertio manducatum indies non minui. Quarto sacramẽto in plures partes diuiso, integrũ Christum in singulis etiam minimis particulis permanere. Quinto ab homine malitioso manducatum non coinquinari. Sexto sumantibus malis mortẽ, bonis vitam æternam conferre. Septimo manducatum non in

Episcopi à presbyteris olim nõ differebant.

Christiani à Christo.

Episcopi quõ primo introductι.

Corp⁹ & sanguis Christi sacra.

Magna fide opus.

manducantem,vt alius cibus,ſed manducantem in ipſum conuerti. Octauo manducatum illęſum in cœlum rapi. Nono tã in exigua & modica panis aut vini forma immenſum incomprehenſibilémq; deum & hominem Chriſtum comprehendi. Decimo vnum atq; idem Chriſti corpus vno momento multis in locis, multis ab hominib⁹,& diuerſa ſub ſpecie percipi. Vndecimo mutata ſubſtantia panis in veram Chriſti carnem, vini in ſanguinem verum, naturalia accidentia panis & vini permanere,non carnis aut ſanguinis aſſumere. Duodecimo digne manducãtibus vtilitatis duodecim maximas, quæ in his verſibus enumerantur, ſubminiſtrare. Inflammat, memorat,ſuſtentat,roborat,auget Hoſtia, ſpem purgat,reficit,vitam dat,& vnit Confirmat fidem minuit fomitémq3,remitit vltimo tam viuis quam defunctis pro quibus, à ſacerdote ſpeciatim in ſacrificio offertur miro modo ſaluificum & vtile eſſe, Euchariſtiã communionem propterea dici conſecrabatur quidem ab exordio Chriſtianæ religionis,& adhuc,vt aiunt,apud ſchiſmaticos quoſdam, tantæ magnitudinis vnus panis qui à ſacerdote ſcultellam comminutus, omnib⁹ qui ſacrificio aderent communicari ſatíſq; eſſe poſſet. ex præcepto nanq; olim Chriſtiani de eo quotidie cõmunicabãt: deinde dominicis tantum diebus. Sed cum nec his etiam digne obſeruaretur, præceptum in anno ter vel ad minus ſemel,ſacro videlicet paſcatis tempore,in omnique vitæ periculo pro viatico,quo etiam nomine appellatur, Chriſtianus hõ quilibet ſanæ rationis diligentiori qua vnquam poſſit,& animæ & corporis ſui ad hoc præparatione percipiat. Matrimonium, quod eſt maris & fœminæ legitima coniunctio, iure naturali,diuino, gentium & ciuili inductum ſacramẽtum quintum. Sancti patres in Chriſtiana pietate vnum,non plura ſimul, publicum non clandeſtinum,in Eccleſia vel eius foribus ſolenniter fieri præcepere,ita ſcilicet, vt ſacerdos accerſeatur qui virum primo, deinde fœmineam inquirat, In matrionium contrahendum vtrique ne conſentiant: quibus conſentientibus, quod maxime in eo neceſſarium eſt,ipſe compręhenſis amborum dextris eos in indiuiduę ſanctęq; Trinitatis

Euchariſtia communio.

Quo tempore ſumendũ. viaticum

Matrimoniũ Sacramentum quintum.

Matrimonii iura.

& vnitatis nomine patris & filii & spiritus sancti coniungens, iubet hortatúrque, vt vnanimi huius & mutui cõiugii perpetuo memores, viuentes se mutuo nunquã derelinquant, mutuo diligant, mutuo deseruiãt, honorent: procreationi, nõ libidini studeát: natos ex se pueros honeste & diligẽter educẽt: annulo postea eos subarrat: & aqua benedicta aspersos, porrecta stola in ecclesiam introducit, supplices ante altare, si prius benedicti non sint, benedicit. Mulier rubea vita, & supra hãc candido velamine obuelatur, sine quo deinceps in publicum prodire, aut viris assidere aut licitum. Duodecim esse, quibus matrimoniũ contrahendum impediri, contractum dirimi rursus voluere. Personæ vtpote errorem, cõditionem interpositam, cognationem, crimen apertum sectæ disparitatem, violentiam, sacrum ordinem, ligamẽ, quo alii alter obstringitur, publicam honestatem, affinitatem, coeundi impotẽtiam. Sextum ecclesiæ sacramẽtum Pœnitentia est à Christo pro altera naufragii tabula datum, Christianus homo quilibet indubie credere debet in quatuor consistere, Peccatorum videlicet pœnitudine, canonica confessione, absolutione, satisfactionéq;. Primo, non leui, sed grauissima pœnitudine in animæ penetralibus super perdita, iterúmq; amissa illa per peccatũ puritate & innocentia, quam vel baptismo, vel superioris pœnitentiæ beneficio cõsequutus fuit doleat, & dolore siue pœnitudine ea se recõciliandũ rursus deo speret, omnia quibus sese innocẽtiam amisisse indignationémq; dei in se concitasse cognoscit, sacerdoti prudenti, ore proprio humiliter vere loco dei confiteatur, firmitérq; credat, à Christo illi ceu suo in terris vicario potestatẽ concessam esse, vt se à peccatis omnibus absoluere possit. Postremum pro satisfactione, & culparũ remedio nõ grauate, verum alacriter obeat, quicquid facere iussus fuerit, indubitata fide credat absolutũ esse se, quam mox à sacerdote absolutio debita verborum forma pronũciata fuerit. Vltimum sacramentum Extrema vnctio creditur, per oleum, quod adhunc vsum ab episcopo in singulis diocesibus, annuo ritu, quinta feria, quæ paschæ festum proxime præcedit, quemadmodũ chrisma cõ-

Duodecĩ matrimonio obstã tia.

Sextũ sacramentũ pœnitẽtia.

Pœnitẽtia.

Cõfessio.

Satisfact.

Absolutio.

Vltimum sacrã, vnctio extrema.

ſecratur à ſacerdote & Iacobi Apoſtoli pręcepto: & Felicis Papę in ſede beati Petri quarti inſtitutione morituris tantummodo adultis, atq; eam poſcentibus præſtatur. Præſcripta verborum forma & crebra ſanctorũ inuocatione, ea corporis membra inunguntur, quibus quinque ſenſus, viſus, audit⁹, guſtus, olfactus, tactus, maxime vigere, & homo deliquiſſe exiſtimatur, vtpote os, oculi, aures, nares, manus, & pedes, qua cõcedi, ſi digne percipiatur nedum leuium delictorum omnimodã remiſſionem, verũ quoq; aut mox priſtinam ſanitatẽ, aut obitum maturiorẽ leniorémq; ſancti patres credi voluere. Feſti dies quos per annum ab eccleſia obſeruare præcepere initium à Chriſti domini noſtri aduentu, quẽ in decembri apoſtolus Petrus per hebdomadas integras treis, & dimidiam ieiunio & oratione ante natiuitatem eiuſdem, quæ vltimi decembris diebus continuis octo ingenti gaudio & ſolẽnitate celebratur oẽs auſpicantur. Annũ in hebdomadas quinquaginta duas hebdomadas in menſes duodecim, menſes vt plurimũ in dies triginta diuiſere. Prima Ianuarii die vt ſecundũ Moſaicam legem Chriſtus præputio circunciſus ſit, eccleſia recolit. Tertia poſtea vt à magis tribus, tribus muneribus adoratus, atq; à Ioanne in Iordanis flumine baptizatus, nouę leges primordia iecit. Secunda Februarii die vt immaculata mater eius patrio ritu obediens templo ipſum intulerit, & ſeſe purgari permiſerit in cuius rei memoriam ſolennis ab eccleſia eo die proceſſio peragitur, candelæq; cereæ benedicuntur. Viceſimaquinta Martii, vt naſciturus Chriſtus virgini Mariæ per angelum annũciatus, ſancti ſpiritus obumbratione in vtero conceptus ſit: quo tempore, quadraginta etiam dies, quos nobiſcum in terris agens ieiunauit, & nos ieiunare, paſſionémq; ipſius & mortẽ, quam vt nos à diaboli iugo liberaret, ſponte ſua ſuſtinuit, recolere voluere. vltima illius ieiunii die, quę frequẽter in Aprilem cadit, maximo omniũ feſto, vt ſuperata morte ad inferna deſcẽdit, diabolo expugnato rediit ſuis iterum viuis, & glorioſus multum apparuit, celebrare. In Maio vt ſpectantibus diſcipulis vniuerſis propria virtute in cęlos aſcẽdit, quo tempore b. Mamerti epiſcopi Vien-

Quęcorporis mẽbra iũgãt Extremæ vnctionis affectus

Qui dies Chriſtianis ſacri.

Aduent⁹ domini.

Tẽporis diuiſio.

Circũciſ. Chriſti.

Epiphania dñi.

Purificatio Mariæ.

Annũciatio dñi.

Ieiunium domini.

Paſſio domini.

Reſurrectio dñi.

Aſcenſio adcœlos.

nenſis inſtitutione per vniuerſum Chriſtianum orbem peregrinationes ſeu letaniæ de eccleſia vna ad aliam minores fiunt. In Iunio & Maio quandoq; vt promiſſus ſpiritus ſanctus diſcipulis Chriſti diſcipulis in ignitarũ linguarũ formis deorſum datus apparuit, ac omniũ nationũ linguas & loqui & intelligere dedit. Octaua die ſequenti faſtũ ſanctę trinitatis celebre. Deinde quinta ex Vrbani ſexti inſtitutione, vt in vltima cœna Chriſt⁹ in perennẽ ſui memoriã ſaluberrimum corporis & ſanguinis ſui ſacramentũ ſub panis & vini ſpeciebus perpetuo viſcendũ, veſcendũq; ſuis poſt ſe relinquẽs inſtituit, frequẽti celebritate recolitur. Decimaquinta Iulii, vt beati apoſtoli velut iuſſi ferãt, duodecimo anno poſt domini ſui in cœlos aſcenſionẽ, ad prędicandũ gẽtibus in vniuerſum orbẽ abierũt nouo feſto memorat. Obitus genitricis Chriſti decimaquinta auguſti. Natiuitas octaua Septembris, vt templo præſentata à trimatu ibi ad nubiles vſq; annos deo iugiter ſeruiẽdo permãſerit, viceſimaprima nouẽbris peragitur. Octaua decembris immaculata illius ex diu ſterilibus parẽtibus cõceptio veneratur. Secunda Iulii die vt montana tranſcendens. Elizabeth cognatã inuiſit. Cõſtitutis etiam duodecim apoſtolis, quibuſdã martyribus, nõnullis confeſſoribus & virginibus, ſacri dies. Viceſimaquarta ſiquidẽ Februarii Mathię. Marcho euangeliſtę viceſimaquinta Aprilis, quo die letanias maiores Gregorius fieri ordinauit. Philippo & Iacobo maiori prima Maii. Petro & Paulo viceſimanona Iunii, & eiuſdẽ mẽſis dies viceſimaquarta natalis Ioannis baptiſtæ ſacra eſt. Viceſimaquinta Iulii Iacobo minori. Bartholomeo viceſimaquarta Auguſti. Mattheo viceſimaprima Septẽbris. Viceſimaoctaua Octobris Simoni & Iudæ. Vltima Nouẽbris Andræ. viceſimaprima decembris Thomæ, & eiuſdẽ menſis viceſimaſeptima euangeliſtæ Ioanni. Protomartyri Stephano pręcedens dies dicata, Innocẽtibus pueris ſubſequens. Laurẽtio decima Auguſti. Georgio viceſimatertia Aprilis. Martino & Nicolao ſolis ex oĩbus cõfeſſoribus feſta, huic ſexta decẽbris, illi vndecima nouẽbris tributa. Catharinę virgini viceſimaquinta Nouembris. Mariæ Magdalenę viceſimaſecunda Iulii. Eſſe etiã ſub

Letaniæ minoris

Trinitatis feſtũ.

Corporis Chriſti.

Apoſtolorũ diuiſionis.

Aſſumpt. Mariæ.

Natiuitatis Marię

Pręſentationis in templum

Cõceptionis Marię

Viſitationis Marię

vnius Michaelis nomine omnibus beatis angelis diem vicesimũ nouũ Septembris sacrũ. Et in cõmune omnibus sanctis & electis dei primũ Nouẽbris noluere. Septimã prçterea quanq; diẽ, quẽadmodũ Iudçis sabbatũ.

Dominica dies Christianis vt Iudçis sabbatum sacra.

Dominica appellatiõe ab omni seculi operatione prorsus Christianis quietẽ esse solũ diuinis laudibus, diuinis sacrificiis in ecclesia operari. Euangeliũ & fidei pręcepta à sacerdotibus prædicantibus addiscere: ac quibuscunq; modis cœlestis in nos nũis iam diebus sex intermediis prouocasse timemus, hac die totũ deprecari expiaréq;.

Quinta quçq; dies olim sacra vt hodie dominica.

Olim quçq; quinta dies pari celebritate obseruabatur: sed ne idolatris gẽtib⁹ quç Ioui hac die feriabant, nonnihil cõdonaretur, abrogata. Rursus fiebat tã dñicis diebus quã quintis feriis ante missæ inceptionẽ per ecclesiarũ circuitũ à clero & populo solẽnis processio, atq; aquç bñdictç per sacerdotẽ aspersio.

Processio quare fiat Dominico die.

Agapytus instituit, hac in memoriã Christi ascẽsionis, in illa gloriosç resurrectiõis, q̃ de dñica in dñicã, velut de octauo in octauũ perpetuo festo celebrat̃. Per noctes q̃ p̃cipuos solennis dies pręcedũt, totas olim ex præcepto cler⁹ & populus oĩs in acclesia diuinis laudib⁹ inuigilabãt, sed ob plura scãdala & crimina, q̃ tenebris occultãtib. à malitiosis interim ꝑpetrabant̃, mos isti subiat⁹, pro eo ieiunia die p̃cedẽti instituta, adhuc vigiliarũ nomẽ retinẽt.

Quinque per annũ ecclesia recolit. Christi passionẽ.

Quinq; p annũ ecclesiã recolere statuere, à dñica quæ septuagesima à. 70. diebus, quos includit ad octauã paschæ Christi dñi ieiuniũ, passionẽ, mortẽ, sepulturã, prçterq; hoc primorũ parentũ miserabilẽ lapsum, maximosq; hũani generis errores, illos, à q̃bus veri noĩs cognitione cultũq; ab ducti, ad idolorũ & malorũ dçmonũ ꝓphanã obseruationẽ declinauit. Durã itẽ & intolerabilẽ illã seruitutẽ, quã sub ægytio Pharaone Israeliticus popul⁹ seruiebat: quare in canonicis horis geneseos & Exodi libri legunt̃, & tristitiã tã in gestu, q̃ cultu omnem, ecclesia ostẽtat.

Christi resurrectionem.

Ab octauo pascatis die, ad octauã Pẽtecostes Cristi resurrectionẽ, ascẽsionẽ, & sancti spiritus trãsmigrationẽ. cũq; hoc humani generis deo patri per filiũ recõciliationẽ redẽptionẽq;, ac in qua prefigurata fuit, filiorũ Israel in terrã ꝓmissionis restitutionẽ: noui ob id instrumẽti libri legunt̃, & iucũda lætaq;

omnia repetuntur. Ab octauo deinde Pentecostes ad Christi aduentũ vsq; per hebdomadas plus viginti miracula & conuersationẽ illius cũ mundo celebrare voluere præterq; hoc longã illã peregrinationẽ, quã à restituta salute ad extremũ seculi diẽ de generatione in generationẽ longa serie humanũ genus facit, vnde ob diuersam fortunã qua velut in æstuoso pelago nauis fluctuatur, ecclesia neq; satis exultat, neq; tristatur, verum vt caute ambulet, victoriáq; ex ingruẽtib9 procellis reportet, varii veteris & noui instrumenti libri prælegũtur. A dñi insuper aduẽtu ad ipsius natiuitatẽ temporis meminisse, quod à Mose ad Messiæ exortũ perdurauit, quo artificatũ de sua salute humanum genus ex lege & prophetis illius aduentũ futurũq; regnũ ardentissimis desideriis expectauit: prophetias igitur legi & ieiuniũ obseruari statuere: vt ecclesia ex his edocta meli9 & habilitata domini sui Christi natalẽ, qui in quarta hebdomada semper celebratur digne, exceptũ læta salutis suæ primordia veluti cõtinuo festo ad septuagesimã vsq; digne & merito petractaret. Oratoria siue templa, quæ ecclesias appellauere, nõ nisi episcopi diocesiani permissu ædificare voluere, & comportata ad structurã materia, fundoq; solidiori reperto, eũdẽ ad hoc accitũ lapidẽ primariũ angularẽ & fundamẽtis benedicere, signo crucis signare, & orienrẽ solem versus dirigere: tum primũ fabris cæmentariis superædificare fas est. Aedem in humani corporis ceu crucis formam. Chorũ, in quo summum altare, & psalentium clericorum chorus à quo appellatur, esse: caput præsentare orienti obiectum, rotundum posteriori ædificio breuiorem, sed propter oculos. qui in capite sunt magis luminosum, cancelis à reliquo corprore, veluti collo distingui. Turrim huic vnam, aut duas (forsitan aptius) auriũ loco annecti. Campanas in his suspẽdi, ad populũ ad diurna nocturnáq; officia cõuocandum. Posterius ædificium, ita quoquouersum cõstitui, vt apte brachia ad dextrã leuàmq;, reliquum corpus cum pedibus porrectum in longum latúmq; significet. Conclaue concameratũ, vt plurimum sub turrium vna esse: ianuam in chorum habens, in quo sacrorũ vasa, cõsecratæ vestes, aliaq; ecclesiæ vtensilia reponãtur.

Christi in mũdo conuersationem.

Christi expectatio.

Christi natalem.

Christianorum templa,

dispositio templorũ

Posterius ædificiũ.

Sacrariũ columnę. Sacrarium illud dici, columnas duplici ordine locari, in quarum epyſtiliis teſtudinẽ aut tectũ quieſcere, baſibus inferius altaria applicari altaria paliis duabus rite inſtrata. Altaria & eorũ adornatio. Chriſti cruce aut ſanctorũ reliquias cõſeruante arcula. Candelabris duobus hinc atq; hinc diſpoſitis & libro ſemper exornata eſſe. Parietes intꝰ & extra incruſtari, variaq; pictura inſigniri. Baptiſterium. In ſingulis parrochiis ſingulos excauatos & bene munitos lapides haberi, in quibus cõſecrata baptiſmatis vnda pro baptizandis cõſeruaretur. Sacrum riſcum. Ad dexterã ſummi altaris parieti aut applicari aut incidi riſcum, in quo dominici corporis ſacramentum ac oleum ſacrũ pro ægrotis. Chriſma pro baptizãdis omni tẽpore ſub clauſura haberi voluere. Suggeſtũ. Suggeſtum in eccleſię ad hęc medio eſſe: ex quo feſtis diebus populus à ſacerdote ſuo, quę ſciri opus ſit edoceretur. Clero ſoli chorum in eccleſia locũ eſſe, prophanæ multitudini poſteriorem partem: diuiſim tamen, viris dextrũ latus, mulieribus ſiniſtrũ: honeſto vtroſq; & geſtu & cultu eſſe, quicquid contra bonos mores, contra Chriſtianã religionẽ eſſet magna diligentia deuitare. Chriſtianorũ honeſtas in eccleſia. Comas in prima eccleſia tam viros quã mulieres nutrire, & corpus nudũ oſtentare nos fuit. Nihilq; aut parũ in corporis cultu differre. Mulieres capita obnubere, viros comas, decurtare, & vtroſq; in habitu diſcretos eſſe. b. Petrus primũ pręcepit. Admetiri porro ſacris ędibus oĩbus adiacentẽ ſacrũ agrũ, in quo Chriſtianorũ hoĩm cadauera cõmuniter ſepelirẽtur. Cœmiterium. Cœmiteriũ appellari, ad epiſcopo cõſecrari, atq; oĩbus quibꝰ eccleſia priuilegiis vti. Defunctorũ exequiæ. Defunctis nõ vbiq; ęqualiter exequiæ parãtur. Aliqui em̃ cõtinuis diebꝰ. 7. aliqui. 9. quidã. 30. aut. 40. aut. 50. nõnulli centũ, reliqui toto anno nigris indumẽtis obuoluti magis q̃ veſtiti lugẽt, & iuſta quotidie faciũt. Chriſtianorum funeratio. cadauer lotũ priꝰ ſudarioq; aut cilicio indutũ à ſuę cõditioni viris, clerici à clericis, laici à laicis cũ cãtu Toletanũ cõciliũ efferre decreuit, à ſacerdote thure ſuffitũ, & bñdicta aqua cõſperſũ cũ certis imp̃cationibꝰ ſepulchro ĩponi reſupinũ ſpedib. ad orientẽ, capite ad occidẽtẽ ſolẽ verſis terra poſtea obrui, ſepulchrũ in ſignũ chriſtiani ibi ſepulti lignea cruce & circũ eã hędera, cup̃ſſo aut lauro ĩſigniri, chriſtianę religiõis inſtituta hęc ſũt.

De Europis me-

MORABILIORIBVS GENTIBVS. LIBER III.

CAPVT I.



OST asiam ad Europam tertiã orbis partem stylus vertendus est appellatam ab Europa Agenoris Phœnicum regis filia, quę à Ioue rapta, in Cretam abducta fuit. Ab occidente mari Athlantico clauditur à septentrione oceano Britannico, ab oriente Tanai, Mæotidie palude, & Ponto, à meridie Mediterraneo. Terra multiformis, & ad virorum virtutem ingenue disposita ciuiúque & domesticarum ad alios rerum transfusiua, est enim tota habitabilis: in exigua tautũmodo parte propter frigoris vim in habitabilis: quæ finitima Tanaidis & Mætoidis incolis Borystenensibúsq; in curribus degentibus: habitabilis autem regionis id quod algidum est, & montanum laboriose habitatur. Curatores autem probos suscipientia loca etiam praue habitata & per latrocinia mitigantur. Quemadmodum obtinentes Græci montes petrasq; incoluerunt pulchre ob prouidentiam circa ciuilia artésq; & reliquum ad vitam sensum, Romani quoq; multas gentes accipiente, quæ natura inhumanæ erant ex ipsis locis asperis importuosis quæ & frigidis, causave alia male habitatis insociabiles homines inter se multis aliis admixtis connexuerunt. Et ciuiliter quidem viuere agrestiores duriores docuerũt. Quantum autem Europę ipsius in plano est, naturaléque temperiem habet multum adiuuat ad ista: quãdoquidem id quod est in fœlici regione, pacificum omne est: & quod in tristi, pugnax & virile: accipiuntque hæ gentes aliqua inter se beneficia: aliæ enim opem armis ferunt, aliæ fructibus & artibus, morumque doctrina. Manifesta vero sunt etiam non auxiliantium inuicem

Europæ limites.

Europæ laudes.

Græci.

Romani.

detrimenta. Habet superius quiddam vis arma tenentium, nisi ea ipsa multitudine supererunt: adest quæ terræ ipsi etiam vltra hoc quoddam naturale bonũ, quod ea sane omnis planicie, montibusq; distinguitur. Ita vt vsquequaq; descriptibile & ciuile pugnáxq; subiaceat: piúsq; esse alterum idscilicet, quod est pacis familiare: ita vt hoc vincat adiuuantibus etiam ducibus, Græcorũ prius, Macedonum vero Romanorûmq; posterius. Ex hoc autem & ad pacem & ad bellum sufficiẽtissima est sibi. Etenim multitudinem pugnacem abunde habet, & quæ agros colat, & quæ vrbes quoq; contineat. Excellit hæc & fructus afferens optimos, vitæque necessarios, & & metalla quęcunq; vsui sunt: odores ad sacrificia, necnon multi sumptus lapillos ipsa extrinsec⁹ petit. Quartum etiam rerum inopibus nihilo deterior quam abundantibus est vita. Similitérque pecudum exhibens mitium multarũ copiam: At bestiarum ferarûmq; habet raritatẽ. Et talis quidẽ natura est Europæ in vniuersum particularis autẽ pars prima est omniũ ab ortu Gręcia.

Europa & ad pacẽ & ad bellũ sibiipsi sufficiẽtissima.

¶De Græcia, & legibus a Solone Atheniensibus Græcorum longe principibus sancitis.

CAPVT II.

Gręcię descriptio.

GRæcia Europæ regio est a quodam Græco qui late in ea rerum olim poti⁹ est, appellata. Hæc ab Isthmi angustiis incipit, & à septentrione in meridiẽ vecta, qua sol oritur, Aegeis, qua occidit Ionis fluctib⁹ obiacet. Thermopylę mediã dirimunt, vt Italiam Apenninus iuga montiũ à Leucade & mari ad occidentem solem verso, ad alterũ mare, quod ad ortum spectat tendentia. Extremos montes ad occasum Oetham vocãt, quorum, quod altissimum est, Gallidromum appellãt, per cuius vallem in Maliacum sinum iter est, non latius 60. passibus. Hæc vna via militaris est, per quam, si nemo prohibeat, traduci potest exercitus: cętera loca adeo ardua & perplexa, vt ne expeditissimis quidẽ sint peruia: ideo pylę, quasi portæ, dictæ: & à calidis aquis inibi nascentibus Thermopylæ. Iacent ad mare veria, Acarnania, Aetolia, Locris, Phocis, Bœotia, Euboia pene terrę annexa, Attica & Pelo-

Thermopylæ. Apenninus. Gallidromus. Regiões Græciæ.

ponnesus, longius prędictis in mare excurrunt, diuersa montium specie: & qua ad septemtrionem obuersa iacet, includitur Epirus, Perrebia, Magnesia, Thessalia, Pthiote, & sinus Malliacus. Athenæ ciuitas liberalium literarum & philosophorum mater, & qua nihil habuit tota Gręcia clarius atque nobilius, fuit inter Achaiam & Macedoniã in regiõe quę Attica appellatur, ad Athis filio Athenarum regis, qui Cecropi in regno successit, & Athenas cõdidit, vnde & Cecropia dicta est, postea à Mopso, Mopsopia: & à Ioue Xuti filio, vel vt Iosephus scribit, à Iano Iaphet filio Ionia: postremo à Minerua Athenę: Gręci enim Mineruam Athenã vocant. Atheniensibus Draco primum leges conscripsit, deinde Solon Salaminius multis prioribus ob pœnarũ magnitudinẽ abrogatis: omnibus enim fere legibus quas Draco tulerat pœna erat morte diffinita, vt ocii & desidiæ conuicti, capite plecterantur Qui olera, fructis ve in alieno prędio legisset, eodem quo & parricidę suppli cio puniretur. Ciuitatem census æstimatione Solon in ordines distribuit. In primo ii fuere, quibus quingentorum Medimnũ esset census. Secundo dein loco adscripti, qui trecentis censi forent, equosque alere possent Tertius equorum onere adempto pari censu ęstimatus. Et ex his fere ordinibus Magistratus creari, qui infra fuerunt Mercenariis nuncupati, concionis habendæ, iudicandique munia, cæteris exclusi magistratibus obibant Quam ciuilem institutionẽ Romæ Seruius Tullius magna ex parte imitatus creditur. Concilium in Areopago ex annis magistratibus cõstituit, instituit huius Draconem autorem prodiderunt. Quidam secũdum hæc, quæ dixi, vt omnem Solon ciuilis discordię occasionem in futurum tolleret, ne temeraria multitudo in certis (vt solet) flatibus iudicia turbaret: ex quatuor tribubus, quę Athenis erant quadringẽtos legit viros, ex singulis centum: his permissũ, vt quæ Areopagitæ decreuissent, si æqua visa forent probarent: si minus essent placita. pari potestate rescinderẽt, Atq; ita, velut duabus anchoris nixus, aduersus oẽs fluctus immobilis mãsurus ciuitatis stat⁹ videri potuit. Parricidii, affectateq, tirãnidis dãnati, ne magistratuũ caperẽt

Athenæ & ciuium instituta.

Athenarũ appellatio.

Draconis leges.

Ciuitas in ordines distributa,

Conciliũ in Areopago.

Quatuor tribus. Quadrígenti viri Areopagitis additi.

lege vetuit. Nec hos solum ab honorũ petitione exclusit, sed eum quoque, qui orta in ciuitate seditiõe neutrã partium secutus esset, mali ciuis esse ratus, quum proprias rationes in tuto collocarit, nulla communi cura solicitudine ve teneri. Habuit nec minus admirationis illud, vt fæminę, quę viros parum ad rem venereã idoneos sortitæ essent, vnum, quem vellent, ex mariti propinquis impugne admitterent. Pecuniarias dotes e medio sustulit, vt pauca vestimenta, & vasa quædam paruo empta paterna domo ferret mulier: testatus cõiugii societatem, nõ præcio, sed natorum charitate iũgi oportere ne inde functos vita maledicta iacerẽtur. Si quis in sacro aut in iudicio, ciui conuitium fecisset, quinque dragmis multaretur: Legandæ pecunię cęterarumq; rerum facultatẽ testari volẽtibus permissam, quum prius patrio instituto in familia esse debere cẽserẽtur, quę amicitia propinquitate prelata est, & gratia necessitati, in ea cautũ ne dementia subdolaue persuasione fieret, Ploratus & lamẽtationes in alieno funere sustulit: Nec subsidia alimentave vlla filius patri deberet, à quo non arte esset aliqua ad vsum vitæ institutus. Qui illegitimo essent thoro procreati, neuparentes alerent. Enimuero qui meretricio non abstinet congressu, is perbelle demonstrat, se non liberorum procreationi, sed voluptati studere, seq; ipsum mercede priuat. Mœchum in adulterio deprehẽsum impune necari voluit. Qui vim ingenuæ virgini intulisset decem dragmis multari. Ius vendendę filiæ sororisve sustulit, nisi adhuc in stupro deprehensæ. Qui Isthmia vicisset centum dragmas, qui Olympia, quingentas præmiũ ferret. Qui lupum victũ attulisset quinque dragmas ex publico acciperet. Qui lupam dragmam vnam: hoc pecoris, illud bouis præcium: vetus fuit Atheniensium hanc beluam insectari, quippe quæ æque sit pecuariæ & agrorum cultui infesta. Eorum liberos qui in præliis occubuissent publice nutriendos erudiendosque præcepit, quo sane animanti singuli fortiter ac strenue in bellis dimicarent. Voluit etiam vt & is, qui oculos in bello amisisset, publice aleretur. Præclare & illud statuit curatorem cum pupillorum matre non inhabitare. Cauit ne is fieret

Lex admiranda pro mulieribus.

Dotes pecuniariæ sublatæ

Legandæ pecũię facultas permissa.

Luctus in alieno funere inhibitus.

Adulterorũ pœna

Victorũ præmia

Lupus, ab Atheniẽsibus insectatus

Occisorũ in bello liberi ex publico aliti

curator,ad quem post pupillorum obitum substantia spectaret. Illud item ,non licere anularia venditi anuli seruare sigillum,Et qui alteri vnum oculum eruerit ei ambos erui debere . Et quæ non posuisti ne tollas si quis secus facit capitale esto , Principem si ebrius deprehẽsus esset morte, multandũ. Athenienses vt dies secundũẽ lun ę cursũ agert monuit.Ex omni genere frugum mel & cæram extra Atticos fines asportari permisit . Nullum ciuitate donari nisi opificem,qui cum tota domo se Athenas contulisset,aut perpetuo exilio natali solo pulsus esset. censebat. Has leges Solon ligneis tabulis,quas Axionas dixere,notatas,in centum annos sanciendas curauit,haud ignarus fore,vt his ciuitas longa temporis inter capedine assueta,in perpetuum deinceps sanciret.Herodotus in decem annos Atticis legibus cautũ prodidit. Sed vt sanctiores essẽt,magisqui obseruarẽtur,aliorum legumlatorũ more qui latas leges ad numen aliquod referre solent,ipse,quemadmodum Draco antea,Mineruam suarum autorẽ dixit:atque in verba sua iurare in foro ad lapidẽ senatum populumq; induxit. Fuerunt Athenienses non aduenę, neque passim collecta populi colluuies originem vrbi dedit,sed in eodem noti solo,quod incolunt:& quæ illis sedes,eadem origo est,Primi lanicii,& olei, & vini vsum docuere,arare quoquæ & serere frumẽta glande vescentibus monstrauerunt:literæ certę , ac facundia. & hic ciuilis ordo disciplinę veluti templum Athenas habent. Tres leges, quæ in Neptuni placationem à Cecrope in mulieres,à quibus deus ipse suffragio fastiditus fuerat,& Mineruæ posthabitus , latæ erant . adhuc obseruabantur,videlicet,ne vlla vnquam mulier senatum ingrederetur , vt nulla earum proles maternum nomen accipiat,ne quis eas Athenæas siue Athenienses dicat ,sed Atticas . Cæsos in bello Thucidide autore in hunc modum sepeliunt , facto ante triduum tabernaculo,mortuorum ossa proponuntur & suorũ quisque reliquiis,si quid lubeat,imponit,quum efferunt singularum tribuum singulas tribus suæ quanque tribus ossa continentes vehicula portant , Vnus item thorus inanis fertur , constratus eorum , qui non extant,

Curator pupillorũ

Princeps ebrihs morte multãd⁹.

Legum tabulæ Axiõę dicta

Minerua Atheniẽsium legũ autor.,

Atheniẽsiũ origo, & inuẽta.

tres leges in Neptuni placationem in mulieres.

Cæsos in bello quomõ Athenienses sepeliant.

qui inter cęsos,non fuere reperti. Efferunt autem promiſcue voluntarii quique vel ciues vel hoſpites fœminis propinquate coniũctis ad ſepulchrum eiulantibus coduntque in publico monumento,quod eſt iuxta monumentum Caliſti,apud ſuburbana,vbi ſemper eos ſepeliunt,qui in bello ceciderunt:pręterquam,qui in Marathone,quorũ ſingularem fuiſſe virtutem exiſtimãtes eodem in loco ſepulchrum fecerunt:poſtea vero quam eos humauerunt, aliquis ab ipſa ciuitate delectus vir haud quaquam pro inconſulto habit⁹,& cui pro dignitate conueniat, ſuper eos orationem habet,qualẽ decet de eorum laudibus:qua habita diſceditur:hoc quidem more ſepeliunt,quo per omne belli tempus quoties id accidit legitime vtuntur.

Monumẽtũ Caliſti Marathõ ciuitas non procul ab Athenis.

De laconia & laconum ſiue Lacedæmonum inſtitutis CAPVT III.

Oebalia Lacedemonia.

LAconia in Peloponneſo prouincia, quę & Oebalia & Lacedęmonia dicitur,a Lacedæmone Iouis & Thaygetæ filio:à qu etiã clara & potẽs ciuitas in eadem regione ædificata eſt atque appellata. Hæc quoq; Spartha dicta eſt à Spartho Phoronei filio, Agamẽnonis regia fuit. Lycurg⁹ inſigniis philoſophus Polydectis Regis frater quũ vita illo defuncto Imperiũ relicti filii tutoris nomine aliquãdiu adminiſtraſſet, ciuitatis ſtatũ atq; regionis optimis inſtitutis,optimis legebus excoluit.. Quũ antea ex omnibus fere Gręcis ſoli Lacedæmonii peſſime morati eſſent, tã circa ſe quã circa hoſpites, nullo conſuetudinis conuerſationiſque commercio,Lycurg⁹ ergo audacter rem aggreſſus,omnia iura,inſtituta,& priſcos viuendi ritus abrogauit atque ciuiliora,quædam,multoque laudabiliora inſtituit Primum omnium ſeniores de Republica electi,qui cũ Regibus,qui duo numero creati ſunt,conſultarẽt is ordo velut arbiter fuit,inter regiam poteſtatem, & vim multitudinis,ne,aut hæc contumacia ſæuiret:aut Imperio illi. Octo & viginti ſeniores (tot enim fuiſſe Ariſtoteles ſcripſit) duobus regibus aſſidebant, ne nimirum Democratia inualeſceret prouidentes,& rurſus,ne qui Regnum tenerent, tyrannicum quippiam,

Spartha Lycurgus philoſoph⁹legiſlator

Reges ſimiliter. apud Lacedę. regnabant. Democra .i.principatus populi.

molirentur, quæ hic ordo decreuisset, cętera multitudo vt sciret necesse erat. Addita deinceps post multos annos Ephororum potestas, huic paucorũ administrationi, quæ græco verbo Oligarchia dicitur, posteaquã nimis visa est fero cescere: estque quasi frænum concilio illi iniectum accidit id tamen centesimo à Licurgi interitu anno, quum Theopompus regnaret. Alterum ab Oligarchia institutum, Agrorum diuisio: persuasit illi multitudini, vt solum omne Laconicum in medio positum ęquis in singulos portionibus diuideretur: oportere ratus ciuem ciui ingenio, & virtute nõ luxu, & diuitiis præstare Abiit igitur vniuersa terra in sortiũ nouem & triginta milia: in nouẽ milia vrbanus ager. Paganicus & Municipalis in triplo & amplius maiorem numerum, portio quælibet ea fuit, quæ viro frumenti medimnos. 70. fœminæ. 12. annuos ferret. Habuit à principio animo & res mobiles diuidere, sed inuidiam veritus, quæ inde imminebat (plures enim videbantur id ægrelaturi) omnem auri argentique vsum è medio sustulit, ferreumque numum induxit, permissitque decem, quem iussit minime valere, ac tum demum omnis furendi occasio sublata est. Ignitum ferrum ex quo nummum percussit aceto extinxit, vt ad rem nullam amplius ob mollitiem vtile redderetur. Omnes ad hoc artes vt inutiles vrbe eiecit: quãquam artifices ipsi sublato auri vsu sua sponte inde transmigrarunt, quũ ferrei numni apud alios in vsu non essent Mox vero vt omnem ex ciuitate tolleret luxum, publica cõuiuia instituit, vt diuites promiscue & inopes vni adhiberentur conuiuio vnisq; vescerentur epulis. Ac ne lautorũ quisquam cœnatus in publicum veniret, qui minus cupide hilariter vesceretur, vt parum frugia proxime accũbentibus obiurgabatur: quo plane instituto omnis vetus è medio luxuria sublata est. Exarserunt ex ea re potentiorum iræ, impetuque in eum facto, alter est illi oculus baculo excussus, quare cautum, ne Spartiatæ cũ baculo amplius ad conuiuium intrarent. Hunc conuiuandi ritum Philias dixerunt, haud dubie publicæ amicitiæ & humanitatis argumento: vel quod quasi dicerent, quod ita conuiuando Phidi, id est, parsimoniæ assuescerent.

[Margin notes: Agrorũ diuisio. — Auri & argẽti vsus è medio sublatus. — Artes omnes apud Lacedæmones sublatæ. — Luxus oĩs sublatus. — φλιασ .i. amicitias.]

φειδίτια idest sodalitia.

Qui sacrificii aut venationis causa conuiuio nō occurrissent, his domi cęnare permissum, cætera multitudo aderāt. conferebāt ad hoc cōuiuium quotannis singuli farinæ medimnum vnum, vini coros octo, casei quinq; minas, ficuum quinque semis minas, Frequentabant id pueri etiam velut temperātiæ, omnísq; ciuilis disciplinę gymnasiū: assuescere ibi vrbanis sermonibus iocaríque comiter discebāt, ac sine scurrilitate cauillari. In re vxoria haud tam pudicitię quam procreationi ob assiduam militiam est consultum, cousq; vxoribus indultum, vt eas viri heras appellarent. Virgines cursu, palęstra, disco iaculo, exercebātur: vt ocio & mulierib⁹ delitiis sublatis robustiores ad tolerendos partis fierent: nude vt pueri in aperto versari, saltare & cantare in sacris quibusdam præsentibus spectantibúsq; iuuenibus: nudatio illa nihil turpe habuit, aderat namq; verecundia, petulantia omnis aberat. Hinc illa indoles tempestiuáq; in laconicis fœminis ad omnia promptitudo.

Vxores heræ appellatæ

Virginū studia.

Cœlibes ludibrio habiti.

Qui cœlebs vixisset Gymnicis spectaculis arcebatur, nudúsq; hyeme forū circuibat, ne vt cæteri senes in honore apud iuuenes esset. Nubebāt virgines raptu maturæ viro. Paranympha in cubiculum abducta capillos ad cutem resecabat: sponsus inde ad eam ingressus cingulum soluebat, noctu tantum cum ea congrediebatur nec prius sponsam aspiciebat interdiu quam ex illa factus esset pater. Filiorum & sobolis dignis hominibus permissa. Licebat seniorum cuiq; honestum ex iuuentute ac probum aliquam ad vxorē procreationis causa adducere: atq; vbi eam alieno semine implesset, suum quod nasceretur efficere: neq; probro dari si quis huic, qui secundam pudicamque haberet vxorem suadere esset ausus, vt cum ea sibi cōgredi liceret bono fertilíque solo operaturus liberorum causa. Ridebant ad hæc quarundam gentium stultitiam quod canes & equas nunc precio nunc gratia optimis eius generis animalibus supponerent: vxores præ sidio custodirēt: ex illis soli ipsi siue amentes essent, siue ægri infirmique generare vellent. Ius alendi partus nullum parentibus, natus infans in publicum deferebatur ad locum quē leschem dixere, vbi magno effecto puero viri pueri for-

Raptu nubunt virgines.

Sponsus sponsam nō aspicit ante quā pater sit factus.

Ius alēdi partus parentibus nullum.

mam intuiti, si probassent, ex nouem milibus fortium in quas vrbanus ager diuisus erat, vnã illi curabant adscribi. Infirmum & deformem ad apothecas locũ, haud longe è Taygeto pręcipitem ac pręruptũ exponendum dabant, vtpote Reipublicæ inutilē. Mulieres vino non aqua pueros abluebant, quo liquore admoto cõstat resolui corpora debilitariq;, si qua sunt Comitiali morbo obnoxia. Nulla lotis fomenta adhiberi, nulla teneris crepundia solitudinibus tenebrísque assuescere. Ob idque externarum gentium quidam Laconicas nutrices liberis alandis adhibuerunt. Pueri à septimo anno in æqualiũ cœtu exerceri, literásq; pro necessitate addiscebãt: reliqua disciplina toleratu percipiebatur. Ad cutem pueri tondebãtur: nudis calcib⁹ ambulare, duodecimo anno tunicã vnam patrio instituto sortiri, neq; balneas, neque fomenta scire. Thoris ex arundine constructis quietem capiebãt. Hyeme eos quos Lycophonas dixerunt thoris immiscere. Iren qui cœtui pręerat, is creabatur, qui vno anno aut altero cæteros anteibat, grãdiores lignare imperabat minores onera furto quęrere. Maiorum conuiuia ingredi, inde etiam aliquid furari: qui deprehensi erant in furto, flagris admouebãtur: non quia nephas esset furari, sed quo parum prudentes, & ingeniose esset id ab eo factum. Iren quosdã canere iubebat, alios argutas quæstiones proponere, breue esse oportebat, subitúmque responsum: quod si quis negligentius fecisset, huius pollex ab Irene acrius mordebatur. Instituebantur adhæc graui vti oratione, sed quæ iocunditate non careret: sententiisq; breui sermone complexis, ita aut res in prouerbium abierit, facilius philosophari homines posse, quam Laconicum sermonem imitari. Operæprecium est etiã cognoscere quale ab initio studium fuerit omnium ætatum, quãta ad virtutum cõtentio, atque æmulatio. In tres distincta erant coros omnis ætas. Tum in solennibus sacris seniorum cœtus canare exorsus. Fuimus olim robusti & iuuenes canora voce pronunciabant. Tum adultæ ętatis eum excipiens, nos quidem iuuenes sumus & fortes respondebant: idque si libet experiamini: ad eam puerilis chorus, tam boni erimus, & meliores. Plutarchus

Infantes infirmi pcipitio necati.

Puerorũ Lacedæmonum educatio. Exercitia

Iren puerorũ pręceptor.

Eurari⁹ honestas apud Lacedæ.

Inchoros tres oĩs ętas diuisa bellovsur patus.

Cant⁹ tibiarũ in

autor est ad sua vsq; tépora perdurasse Laconicos quosdam modulos, quibus illi ad tibiam in hostem ituri vti cõsuessent. Thucidides Laconici hui⁹ instituti relator, tibiarum modulos in prçliis vsos scriptũ reliquit: negat tamen id aliquo religionis ritu, reive diuine causa fieri solitum, neq; vt vibrarentur animi excitarenturve ad pugnam (quod cornua & litui apud Romanos factitarunt) sed vt æquali modulatóq; sensim gressu conuenientes pugnam capesserẽt, nec suos ordines distrahi sinerent. Extat Laconici vatis carmen, quo apparet nõ tibia solum spartiatas in procinctu vsos, sed citharæ etiam concentu: qui mos & ipse â Cretensibus sumptus videri potest. Herodotus Halyatem Lydorum regem scribit fistulatores & fidicinas, & quod pene indignum relatu sit, conuiuiorum etiam delicias in acie habuisse, eo bello, quod Milesiis intulit. Romani præter cornuũ & lituorũ concentum, ardentissimo militum clamore bellum capessebant: quod longe diuersum ab eo est, qđ Homerus de Achæis scripsit, quos tacitos fecit spirantésq; robur in pugnam procidere. Galli tripudio, vt Polybius & Liuius scribunt, scutáq; super capita quatientes. Barbarorum quidam cum vlulatu prælium ineunt. Ex qua rituum varietate potest intelligi, cæteras gentes non id quod, Spartani in bellico concentu secutas. Capillos præterea à pubertate ex iustituto alebãt memorabili legum latoris dicto, comentibus capitibus multo pulchriora fleri humana corpora, quæ si sint alioqui deformia, capillo haud dubie forocescant. Prælium initur⁹ rex Musis capram immolabat. Domi militiæque certa viuẽdi lege sunt vsi, pellicáque exercitatione, patriæ nõ sibi natos arbitrantes. Nullas quçstiosas tractabant artes, bellicæ tamen exercitationis studio teneri. Solennibus epulis reliquũ dabatur tempus, eoq; per hæc ventũ est, vt quemadmodũ prçclare scribit Plutarchus, Spartani neque nollẽt, neque si vellent, scirent amplius priuatim viuere, essentq; ex omni parte patriæ dediti. Suffragandi ratio, vt cætera ab aliis gentibus diuersa, pauci ad hoc ipsum delicti conclaue Comitio propinquum subibant: vnde ipsi neq; quempiam viderent, neque ab vllo viderentur, Tum vero, vt

Cantus tibiarũ in bello vsurpatus.

Citharæ cõcẽtu vsi Lacedæ.

Cornuũ & lituorũ cõcẽtu clamoreq; romani bellũ capessebant.

Galli cũ tripudio bellũ inierunt.

Barbari. cũ vlulatu

Rex bellũ initur⁹ Musis sacrificabat

Suffragãdi rõ admiranda.

primo, alteroue loco competitorũ nomina sortito edu cta essent, quantus vocum assensus ad singula nomina ortus esset, diligenter attendebãt: ac quoto quisq; clamor loco maior minorve esset ad ipsorũ aures redditus tabella pernotare, ex qua in publicũ missa percipiebatur, cui competitorũ plures essent voces suffragatæ. Primus adhæc Lycurgus oĩ superstitione sublata permisit cadauera in vrbe sepeliri, tum etiã circa templa sortiri monimẽta. Nec viri nec fœminæ nomẽ licebat cuiquã sepulchro inscribere, nisi eorũ, qui fortiter à bello periissent. Lugendi temp⁹ vndecim erat diebus finitũ. Nec ciuibus peregrinari permissum, ne alienos mores vrbi importarent. Quin & peregre eo delati, nisi qui reipublicæ vtiles essent, vrbe excludebãtur, ne quid (vt Thucidides habet) Laconicæ disciplinæ peregrinæ gentes imbiberent. quod satis inhũane haud immerito aliquis dixerit. Vel, vt Plutarchus scribit, ne mutuo congressu noui sermones in vrbe orirẽtur, & ex his noua iudicia, dissoneq; volũtates, quę publicę rei perniciosissimę esse solẽt, Iuuenibus Lycurgus nõ amplius vna veste toto anno vti permisit, ne aliquẽ cultius q̃ alterum: nõ splendidius, vt dictũ est, epulari. Emi singula nõ pecunia sed mercium cõpensatione iussit. Pueros puberes nõ in forum, sed in agrum deduci iussit, vt primos annos nõ in luxuria, sed in omni labore & opere agerent. Nihil eos somni causa substernere, & vitam sine pulmento degere, nec prius in vrbẽ redire, quã viri facti essent statuit. Virgines sine dote nubere iussit, vt vxores pecuniæ causa non eligerentur: seueriusq; matrimonia sua viri coercerent, cum nullis frænis dotis tenerẽtur. Maximum honorem nõ diuitum & potentum, sed senum esse voluit, nec vsquam terrarum locum honoratiorem senectus habet. Regibus potestatem bellorum, magistratibus iudicia, & annuas successiones, senatui custodiam legum, populoq; sublegendi senatum, vel creandi quos vellet magistratus potestatem concessit. Hæ quoniam leges, aut noua instituta solutis antea moribus dura esse videbantur, eorũ autorem Apolinẽ Delphicũ finxit, & inde se eas ex præcepto numinis detulisse, vt cõsuescendi tędiũ mot⁹ religionis euincat. Deinde vt ęterni-

cadauera in vrbe sepeliri permissum.

Luct⁹ funebris.

Peregrinari Lacedęmonibus prohibitum.

Iuuenum vestitus.

Pueri in agrũ non in forum ducebãt.

Seniũ apd Laced. honoratissi.

Apollo autor legũ apud Lace.

tatem suis legibus daret, iureiurãdo ciuitatem obligauit, nihil eorũ quæ sanxisset mutaturam, priusquã reuerteretur se ad oraculum Delphicum profuturum, cõsulturum quid mutãdum addendumve suis legibus illi videatur. Proficiscitur autem Cretam, ibiq; perpetuum exilium egit: præcepit etiam moriens ossa sua in mare abiici, ne Lacedæmonẽ delata Spartani se de non mutandis legibus à iuramento absolutos putarent. Libet hic quoq; assignare quas dignationes regib⁹ suis Spartiatæ olim tribuerunt: duo sacerdotia Iouis lacedęmonii, & Iouis cœlestis: & ius belli in quemcũq; libuerit regionem inferendi, vt id nullis spartiatarũ prohibere fas sit, alioqui piaculari crimine teneatur, vt in expeditionibus adeundis primi eant reges, in abeunda postremi sint. Centum delecti viri eis in militia custodes adsint. In egressibus vtãtur quodcunq; pecorib⁹ libuerit, quorũ immolatorũ pelles omnes ac terga accipiant Bellica hæc. Alia sunt quæ pacis tẽpore eis tribuũtur: quoties in aliqua republica euisceratio fit, primi in cœna reges discumbãt, & iis primis distribui incipiat, vtriq; eorum duplum omniũ quam cæteris conuiuis, libamináq; immolatorũ & coria eorũ sint. Singulis quoq; Calendis instantis mensis singula pecora vtriq; è publico dentur Appolini immolanda, & farinæ medimnum .i. media, & vni Laconicus quartari⁹. Et in spectaculis singulorũ certaminum certis locis præsident, liceatq; quibuscũq; libeat ciuibus inniti, & vtriq; binos eligere Pythios. Sunt autẽ Pythii, qui Delphos ad consulenda oracula mittũtur, quiq; publice cũ regibus pascuntur. Regibus ad cœnam nõ euntibus binę chœnices, id est, semimodia farinæ, & vini singulæ cotylæ, id est, sextarii: præsentibus dupla dentur omnia. Eadẽ ratione pupilla vtri dãda sit, ei ne cui mater aut cui pater despõderat, necnon de viis publicis, & si quis adoptionum filiũ facere velit inuitis regibus. Liceat quoq; eis pro suo arbitrio assidere in senatu, qui constat ex duo de triginta senibus: si eo non accesserint eorũ maxime propinqui, duo senatores regũ obtinent, duos calculos ponendi, tertiũ pro seipsis. Viuẽtibus hęc regibus à republica Spartiatarũ tribuuntur, illa defunctis, Equites

Lycurg⁹ volũtatio exulat.

Regum spartiatarũ dignationes.

Pythii q vocati.

Chœnix. Cotyla.

per vniuersam Laconycam obitum regis enunciăt. Fœminæ per orbem circumeuntes ollas pulsitant: quumq; hoc fit, necesse est, ex singulis domibus duos ingenuos, marem & fœminam luctu fœdari, magnis pœnis (nisi hoc faxint) impositis. Eandem circa funus regum consuetudo Lacedæmoniis est, quæ Barbaris Asinis. Nam plærique Barbarorum eodem ritu in mortibus regum vtuntur. Siquidem posteaquam mortem obiit. Lacedęmoniorũ rex oportet eius exequiis adesse ex omni Lacedęmoniis regione necessarios quosq; Spartiatarũ, qui sunt numero vicenorum, quorum & item seruorum, atque ipsorum spartiatarum: posteaquam multa millia in vnũ coacta sunt promiscue tum mulieribus fontes suas intrepide plagunt, & vlulatu immenso vtuntur. Vltimũ quémque regum dicentes semper fuisse optimum. Qui vero regum in bello periit, eius simulachrũ, quum expresserunt, in thoro bene strato efferunt, cuius tumulatione decem dies iustitium est nullúsq; magisttatuum confessus, sed luctus continuus: in hoc quoq; cum Persis isti conueniunt, quod defuncto rege alter, qui succedit, liberat ære alieno, quicunq; spartiata aliquid aut regi, aut reipublicę dicebat. Apud Persas, qui rex creatus est, omnibus ciuitabus tributum, quod debebăt remittit. Cum ęgyptiis etiã in hoc lacedæmonii congruunt, quod eorum præcones & tibicines & coqui in paterna artificia succedunt, & coquus è coquo & tibicen ex tibicine & præco ex præcone, gignitur, neque vlli propter vocalitatem aliis insidiantes seipsos ingerunt, sed in paterno opere perseuerant, atq; hæc quidẽ ita fiunt.

Honor de functis regib9 exhibitus.

Exequię regũ Lacedæm.

Publicus in funere regũ Lac. luctus.

¶De creta insula, & cretensium celebratis moribus. CAPVT IIII.

CReta, quæ & candia dicitur, insula in mediterraneo mari centum vrbium fama clara: hæc, vt Strabo scribit à septentrione Aegeo alluitur pelago & cretico, ab austro Lybico, ad occidẽtem Egilam & Cythera spectat, ad orientem Carpathon: habet in longitudine. 270. millia passuum, in latitudine quinquaginta millia. Circuit9 eius. 588. millia passuum complectitur. Insignes in ea vrbes sunt Cortyna, Cydonea, Gnosum, Minois regia, & Ida mons

Cretę descriptio.

Idæ montis descriptio. omnium qui in ea sunt celeberrimus, certissimo is vertice assurgit, Apollodorus longitudinē eius duum millium, trecentorúmq; stadiorum tradit, circuitum quinque milliū & amplius. Artemidorus mille minus. Nullum in Creta animal noxium est. Serpens ibi nulla, nulla noctua: & si inueniatur, statim moritur. Capris copiosa, ceruis eget, optimi vini feracissima, herbam producit, quæ diptomos dicitur, & allunosam, quæ morsa diuturnam famem prohibet Sfalangos etiam venenatos gignit, & lapidem qui Ideus dicitur. Cureta olim vocabatur ab habitantib9 curetib9 & per Syncopē Creta. Alii dicunt Cretam à Crete quodam Iouis filio Curetum rege. Alii à Crete nympha Hesperidis filia. Incultū hominū genus à principio habuit. Rhadamāthus ad mansuetiores vitę ritus perduxit, sequutus inde minos qui æquitate iustitia adhuc magis incoluit. Plato author est Lacedæmonios & alias vetustissimas, Gręcię ciuitates hinc sibi leges & instituta quæsiuisse. Optimū gentis statū euertit primo tyrannicus dominatus, mox & Cilicum latrocinia. Fuit gens ab initio libertatis studiosa ea possidere arbitrati, quæ non essent tyrannorum libidinibus exposita. fuit & cōcordiæ perpetua cura, quæ seditioni diuitiarum auaritiæ alumnæ inimica est, modice proinde antiquitus frugaliterq; vitam agitare. Fræquentabant pueri conuentus quos greges nominabant. Adulteræ ætatis viri publica inter se conuiuia celebrare arma reipublicæ causa tractare, ab ineunte ætate corpora laboribus exercere. Maris æstus frigora perpeti, accliues semitas saltúsque cursu superare, in gymnasiis pugnas ciere arcubus & sagittis plurimum vti, in armis saltationē quam pyrrhichem nominăt, vulgo celebrare: flexu corporis hác saltatio fiebat, quo plagæ telaq; euitarentur. Sagulū & militarem calceū sibi inducere, arma preciosissimū munus credere: tātum ad hæc rei maritimę studiū, vt in prouerbiū abierit, si quis quæ nosset si nescire dissimularet. Cretes (diceretur) pelagus nescit. Inter ęquales cōnubia cōciliari, ex omniq; iuuenum cœtu virginibus sibi sponsos optare eius erat nec prius paterna domo adduci moris erat: quā ad domesticā administrationē idoneę essent. Dotis magnitu

In Creta nullū animal noxium.

Mores Cretēsiū.

Saltatio Pyrrhica

Matrimonia.

Dotis.

do fuit si frater aderat, patrimonii dimidium. Pueri ex legibus literas & cantilenas & musicæ artis modulamina quædam dicebant, ad virorum Syssitia perducti humi vilibus tecti amiculis sedebant, illisq; pugnam cientibus ministrare puerorum validissimus maximeq; elatus ductabat gregem pro virilibus singuli plurimos aggregabant æquales ad venationes egredi, cursu exercebantur corpora, statis diebus puerorum cœtus ad tybiæ & lirę cantum inter se cõmitti, vt in re bellica consueuere. Huius gentis etiam fuisse quidã memorant lętos dies cãdo notare calculo, tristes atq; molęstos atro: etsi plures hunc morem ad Thraces referent.

Musicæ studium.

Dies lapillo signare

¶De Thracia, Thracúmq; feris moris. Cap. V.

Thracia, quę hodie Romania appellatur, Europe regio est inter partes scythiæ computata, Macedoniam sequitur, a septentrione Istrum habet, ab oriente pontum ac propontidem, à meridie Aegeon mare. Olim Scython, postea Thracia, à Thrace Martis filio, siue ab asperitate appellata. Græcis enim Thrachi asperũ dicitur, regio est, vt Põponius scribit, nec cælo, nec solo (quam vbi mari vicinior est) satis fecunda temperataq;, frigida est, & eorum quę seruntur maligne admodum patiens raro vsquam pomiferam arborem, vitam frequentius tolerat, sed nec eius quidem fructus maturat ac mitigat, nisi vbi frigora obiectu frondium cultores arcuere. In ea quondam vrbes celebriores fuere Apollophama. Enos, Nicopolis, Byzantium, quæ postea à Constantino constantinopolis dicta est & in mai⁹ aucta gloriosissimi imperii sedes, & orientis totius caput electa, Perinthos, Lysimachia, Caliopolis, Amnes, Hebrus, Nestos, Strymon, Mõtes, Hæmus, Rhodope, & Orbellos. Homines habet feros, asperos, & numerosos adeo, vt si in vnius imperio regerentur, aut idẽ sentirent, vt historiæ pater opinatur Herodotus, inexpugnabiles forent, & oĩm gentiũ multo validissimi sed quia arduum hoc illis est, & nulla ratione cõtingere potest, adeo imbecilles sunt Habẽt autẽ multa noĩa singularũ regionũ singula, moribus tamẽ ac opinionib⁹ cõsimilib⁹ imbuti, pręter Gethas & Trausos, & qui supra Crestonas incolunt: ex quibus Gethę se nõ

Romania.

Scython.

Thracię qualitas.

Celebriores Thracię vrbes.

Thraces quales homines.

Gethæ se non mori putabant. zamolxis Getharũ deus.

mori persuasum habere, sed ad Zamolxim deum suum post fatum migrare, fuit hic Zamolxis homo Pythagoræ quondam discipulus, qui in patriam reuersus quum animaduerteret Thraces male viuere & inscite, ipse edoctus Ionicum viuẽdi genus & mores ipsis leges dedit, docuitq;, atq; persuasit popularibus eas seruantibus post obitum ad se in eum locũ ire, vbi superstites omnium bonorũ compotes essent, per hoc deitatis opinionem consequutus, è Thracũ se conspectu subduxit, atq; euanuit, maximo sui desiderio post se relicto. Ad hunc committũt assidue adhuc cum naui quinq; remigũ nuncium quempiã ex seipsis sorte delectũ, præcipientes ea quibus semper indigent, cúmq; ita mittunt: Quibusdã eorum datum natur negotiũ, vt tria iacula teneãt, aliis, vt comprehensis eius qui ad Zamolxim mittunt, manibus pedibúsq;, hominẽ agitãtes in sublime iactent ad iacula: qui si in præsentiarũ extinguitur, propitium sibi deum arbitrantur, sin minus ipsum nuntiũ insimulant adseuerantes malum illum esse virum. Hoc insimulato alium mittunt, dantes adhuc viuendi mandata. Iidem Thraces dum tonat fulgurátq; in cœlũ sagittas excutiunt, deo minitantes quod nullũ alium præter suũ esse arbitrantur. Trausi vero in Cæteris quidem omnibus idem quod Thraces: verum circa natalitia suorum atq; obitus hoc factitant. Aedito puero propinqui circumsedentes eum ploratione prosequuntur, recẽsentes quaſcumque necesse est illi, quod vitam ingressus sit, perpeti humanas calamitates. Hominem fato functum per lusum atque lætitiam terræ demendant, referẽtes quot malis liberatus in omni sit modo fœlicitate. At qui supra Chrestonas incolas, ista agunt: singuli plures vxores habẽt, quorum vbi quis decessit, disceptatio magna fit inter vxores acri amicorum circa hanc rem iudicio, quænam dilecta fuerit à marito pręcipue: quæ talis iudicata est & hunc honorem adepta, ea à viris & mulieribus exornata, ad tumultum à suo propinquissimo mactatur, vnaque cum viro humatur, cæteris vxoribus id sibi pro ingenti calamitate ducentibus atque lugentibus: nam id eis summo dedecori datur. Cæteri Thraces filios veteri instituto palam vẽditare, nec virgines à

Nuncius ad zamolxim mittitur.

In cœlũ sagittant dum tonitruat Thraces.

æditu puero Trausi lamentantur. vxorum charissima cũ marito defuncto sepelitur.

parentibus & propinquis obseruari, sed quibus libuit cum viris concumbere sinunt. Vxorum pudicitiam solicitius custodiunt, easq; magno ære à parentibus coemunt: fronte notis quibusdã signatas, generosum id iudicatur, ignobilitatis argumentum sine his esse. Nuptu quę præ cęteris specie valeant prius subtaxari volũt, & licentia taxationis admissa non minoribus nubunt præmiis. Quas formæ dedecus præmit, dotibus emunt quibus cõiunguntur, vterq; sextus epulentes focos ambiunt, herbarũ (quas habet) semine ignitus superiecto, cuius nidore perculsi, pro lętitia habẽt imitari ebrietatem sensib9 hebetatis. Ociari, ex rapto viuere pro re honesta haberi: contra, agros colere pro despicatissima. Martẽ vulgo, Liberũ, Dianã, & Mercuriũ religiose colere: perque eum solũ iurare sui generis autorẽ arbitrari. Corporum magnituditudine Thraces oẽs homines antecedũt, cęruliis oculis ac truci visu, terrifico vocis sono, annosa ætate. Aedificia modice ab humo eleuata, annona eodem semper tenore, vites nesciunt, pomis abundant. In regis electione nõ nobilitas præualet, sed suffragium vniuersorũ: populus enim eligit spectatũ moribus, & inueterata clementia, etiã annis grauẽ: sed hic in eo quęritur, cui liberi nulli sint nam qui pater fuerit, etiã si vita spectatus, ad regendũ nõ admittitur: & si forte dum regnat pignus sustulerit potestate exuitur: maxime hic custoditur ne: regnũ hęreditariũ fiat. Tum si rex etiam maximã præ se ferret æquitatẽ, nolunt eito tum licere, quadraginta ergo rectores accipit, ne in causis capitũ solus iudicet. Quod si ipse etiam in peccato aliquo arguitur, morte mulctatur: nõ tamẽ vt cuiusquã manu attrectetur, sed cõsensu publico rerum omniũ ei potestate interdicta, ipse tandẽ fame pereat. Optimates ita sepeliunt: prolato triduum cadauere, mactatisq; omnifariis hostiis conuiuantur, illudq; defletum prius, deinde combustũ sepeliunt, aut aliter humo contegunt adgestoq; desuper tumulo cũ alia omnis generis certamina proponunt, tum præcipue certa cum ratione Monomachiam, hoc est singulare certamen. Armatura qua (vt Herodotus scribit) in Dariana expeditione vsi sunt talis erat: è pelle vulpina cassides gestabant, tu-

Mulieres ingenuæ notis in fronte signantur.

Rex eligitur cui liberi nõ sunt.

Quadraginta iudices habuere Thrac.

In reges animaduersio acerba.

Sepeliendi ritus.

Armatura Thracum.

Thraces arcus inuentores.

nicis induti, & insuper circũdati variis sagulis pedibus & tibiis indutis caliga è pellibus hinnulorum, iacula peltas & pugiunculos: arcu valde pugnaces sunt, & exercitatissimi, quem apud se repertũ volunt, vna cũ Scythis lingua vtebantur. Scribit Plinius totam Thraciam in quinquaginta strategeas diuidi solitã. Sed ea Thracię pars quę Gethica olim dicebatur, vbi Darius Hidaspis fili⁹ pene perii, hodie Valachia appellatur, a Flaccis quiritum gente. Romani enim Gethis superatis & deletis Flacci cuiusdam ductu eo Coloniam miserunt, vnde primum Flactia, dein corrupta voce Valachia dicta: astipulatur huic opinioni Roman⁹ sermo, qui adhuc in ea gente dura: cæterum adeo ex omni parte cor ruptus: vt vix Romano homini intelligatur, Romanorum literarum vsus, elementorum forma aliqua tenus inuersa, sacrorum ritus, qui & Græcis. Daci postea eam terram occupauerunt, à quibus aliquandiu etiam Dacia dicta fuit, nunc Teutones, Siculi, & Valachi tenent. Teutones fortes viri ex Saxonia illuc à magno Carolo transmissi, à septem vrbibus, quas habitant, Seibenburgenses patrio sermone vocantur. Siculi Hungarorũ vetustissimi, ex his q ab initio ex Scythia digressi his locis consedere. Valachorum factiones duæ Dragulæ & Dani alias Daui. Nam Gethę & Daui seruorum nomina inde olim profecta Græcorũ quidã prodidere. Dragulæ Danis impares Turcas nostrorum patrum memo ria in eam terram induxerunt, quorum armis Dani ad internitionem deleti sunt. Ioannes Huniades, vir acer, Danis demum auxilio fuit, terrámque ab hoste receptã sibi vendicauit. Agriculturæ reíque pecuariæ Valachi vt plurimum student, quod originem gẽtis arguit. Tributum Regi pendunt, sed semel tantum ac id cuiq; regum & confestim ab eius declaratione, tum singulæ fa miliæ dant bouẽ tributi nomine, sexaginta millia numero & amplius esse traduntur, Iussi ad bellũ exire capitale est non paruisse. Est valachia Transsyluaniæ con termina ab occasu, ad ortum in Euxinũ excurrit ad bo ream & septentrionẽ Rusiam attingit, alluitur ad meridiem Istro, circa quem quicquid vagarum gentiũ occupat perpetua illis hyems, triste cœlum premit. Mali-

Valachia & eius appellatio.

Valachia Dacia vocata.

Seibẽbur genses.

Ioannes huniades

Valachorum exercitia.

Valachię .4. latera

Gentes Istrum accolentes.

gne olim solum sterile substētabat, imbrem culmo aut fronde defendebant. In cœlo super durata glacie stagno prosultabant, in alimentum feras captabant, nulla illis domicilia, nullęque sedes erant, nisi quas lassitudo in diem posuerat, vilis & his quęrēdus erat victus, quod horrenda iniquitas, cœli intecta capita. Rusię fines.

¶De Rusia siue Ruthenia, & recentibus Rusianorum moribus. Cap. VI.

RVsia, quæ etiam Ruthenia dicitur & Podolia, tripartito nominatur. Alba, superior, & inferior pars Sarmatiæ Poloniæ prætenta, Peuce fluuio ad septentrionem includitur, ad orientē solem Moscus occidua illi Liuonia atque Prusia extremæ Germaniæ partes: patent hodie Ruthenorum siue Rhoxolanorū (nam & hoc nomine appellantur) fines octo dierū itinere, à Tanai ad septentrionalem oceanū, habetque id spatium nonaginta & amplius dierū iter, rursus à Germanico oceano, quem Balteum vocāt ad mare Caspiū. Regio adeo fertilis est, vt agro rude culto frumentoq; insperso, tribus perpetuis annis fructum ferat: nec op' est agrū quotannis inuertere, sed intermetendū segete leniter excussa alia in sequentem annū sua sponte crescit. Gramen adeo procerum producit, vt perticā transcendat: vnde ibi apum tanta copia, vt mella nedum in alueariis, aut arboribus, verum in rupium & terræ cauernis reponant, Optimus modo & hi grādes cærarū orbes, qui ad nos vsque aduehantur ibi fiunt. Non impiscantur piscinæ & stagna Russorum, sed vt aiunt, pisces ex cœli influentia succrescunt. Sal quodam in lacu Katzibeio vocato siccis temporibus colligitur, pro quo genti cum Tartaris crebra bella. Mirum est quod dicitur in solo Chelmēsi desectos pini arboris ramos trūcosve, duos aut tres annos super terram iacentes in saxa indurati. Est ibi optimæ cretæ copia. versus Tanaim & Męotim calamo aromatico & reupontico abundat, pluribusq, herbis & radicibus aliis, alibi non visis. Vrbs regia Moscouia est. ad Moscum amnem sita quatuordecim milium passuum ciruitu. Nullus hic signati argenti vsus. Lapis est in medio foro quadrata forma, quem si quis ascendit, nec inde vi deturbari possit

Terra omniū fertilissima

Apum copia.

Sal in lacu nascit

Calamus aromaticus in Rusia.

Signati argenti nullus vsus

Rusiano rũ potẽtia

Bellica Rusiano rum arma

Regium nomen Ruthenis inuisum

Vestitus Rusiano rum

Luctus fu nebris,

principatũ vrbis obtinet, ingẽs de ascensu loci & deiectu dimicatio inter indigenas, sępiusq; ob eã rem pugnatum inter ciues. Gens adeo valida est, quod superiori anno quodam bellico tumultu in regis castris cẽtum viginti milia equitum recensa sint, quorum singuli ordinem ducerẽt. Arcu in bello vtuntur, quod gentile est vetus est illis: est & lancea in vsu duodenum pedũ cataphracti equites supra hamatam loricam ferreum thoracem induũt vmbilicis speculorum modo prominẽtibus: galerum gestant pro casside, in conũ fastigiatũ. equite libentius vtũtur in Bello quã pedite: pedites alii scorpione vtuntur (balistam Itali vocãt) alii plũbeas pilas sulphureo puluere ex ęneis excutiũt machinis. Teutonico more. Inuisum gẽti Regiũ nomẽ iccirco ducis appellationẽ libẽtius vsurpãt, vt magis popularẽ: qui ibi rerum potitur, dux dicitur, qui in totam gentem Imperiũ obtinet: huic pileus paulo elatior q̃ cęteris proceribus, cętero nihil ab aliis differens: omnis color in vsu prętor nigrũ. Viri fœmineq; lineo amiciũtur indusio, eoq; tenuissimo, & ad crura demisso, auro circa collum rubẽtiue serico excolunt id amiculum, laxior vestis, ac nihil fere à Gręcis differẽs, qualem Turcę quoq; & tot⁹ septẽtrio vsurpat: manicę tãtum laxiores Ruthenis, auroq; fimbriate à pectoce & humeris: Lutrina pellis ambit exteri⁹ vestem. Sola vxor luget virum obducto capite albo linteo: & ad vlnas deiecto: quibus fortuna amplior est, quadragesimo die à funere conuiuantur in defuncti memoriam, quorum res angustior est quin quies hoc temporis interuallo solenni modo epulantur, obseruantur dies obitus, quem anniuersariis quoque celebrant epulis, quando ex ea stirpe superest aliquis, custodiuntur nomina defunctorum monumentis literarũ, vt sciri possit, quo cuiquam due parentandũ sit, planctu & lamentatione funus educunt. Patrii moris est mulieres gemmas & vniones ex auribus suspendere, decorũ & maribus, sed adhuc pueris quę iterũ nupserit, satis castam ducunt, auersantur vt impudicam tertio nubentem, par in maribus offensa, Puellæ à tergo capillum promittunt, cæterum matrimonio locatæ sedulo abscondunt. Viri supra aures tondentur da

tur probo huic sexui omnis capillorum cultus. Gens vniuersa in venerē prona,ac bibacissima:hoc laudis loco ponunt,alterum licere arbitrantur,modo id fieri cōtingat citra omnē connubii offensam:fœnarent vulgo nec fraudi cuiquam,ne sacerdotibus quidem. Pars multo maxima Rusianorum seruitutē seruiunt,nec inuiti: multi quidē & in his nobiles etiā se coniugē,& liberos vēditāt:aut quia sic maiore otio fruūtur aut quod maiore voluptate. Antistites sacrorum Grçcanico ritu nigro amiciūtur pallio.horū primores albo ferūt. hi bullam ad pectus suspensam & tabulā præceptis diuinę legis inscriptā:minores sacerdotes & ipsi Grçce vestiūtur sacræ virgines,quod vnūgenus in ea gente est ex Antonii abbatis instituto nigra stola amiciuntur. Est & suus sermo genti. Scythicus vero,an alius parū compertum habeo. Sūt & literç nō multum à Grçcarum figura abhorrentes. Musicen & Grammaticen discunt vtranque Græce,cæteras artes vulgo aspernantur:de summa fidei cū Grçcis sentiunt:par in cultu cęrimonia,& in cœlites veneratio. Iudicia exercent duodecim numero viri :vnus aliquis è collegio cognoscit causam, crimenue,cognitum ad collegas defert , interdum & ad regem. Si res maioris est ponderis,quàm vt pro collegio vindicari possit,si reus nequeat conuinci, parumve liqueat factum,cum accusatore cogitur de vita dimicare :atque ita victor duplici pecunia donatur , qualis fuerit æstimata, Agrorum cultum oppido exercent,equis arant, ager feracissimus præterquam vini . Ceruisiam potum ex milio,hordeo, atque humulo decoctum potant,& idem fere totus septentrio , Ex canapi papauere , & nucibus oleum conficiunt :oliuam non fert Rusiana regio,neque ex ea arbore liquor aliunde inuehitur. Varia alit animalium genera,& in his plæraque pellium æstimatione nobilia , quorum aliqua à veteribus celebrata: piscium ingens copia,& in his Seldis nobilissimus,ex Pares lauseo lacu, perquam similis iis,qui in Benaco capiuntur . Lacus in Ruthenia illustres septem, flumina insignia nouem: & in his quem Borysthenem esse suspicari libet ,ob ea quæ de ipsius magnitudine & natura prædicant,

Rutheni vt plurimū seruiunt.

Sacerdotū habit9

Sermo

Musica & grāmatica tantū discuntur

Causa dubia monomachia probatur

Ceruisia totius septētrionis potus.

De Lithuania & Lithuanorum vita.

CAPVT VII

Lithuania est Poloniæ ad ortum connexa noningẽtorum millium passuum circuitu, magna sui parte palustris, plurimumque nemorosa: & ob eã rẽ difficilis aditu, ac quodammodo inaccessa, aquis palustribus cuncta obtinentibus: hyeme commercia cum Lithuanis habiliora, paludibꝰ & stagnis alta glacie cõcretis niueque super infusa. fiunt omnia mercatoribus peruia: vt velut alto mari, quando nulla fit certa via aut semita sydera signẽt iter. Rara in Lituania oppida, villarum incolatus infrequens: Accolarum diuitiæ pecora pellesq; multigenum ferarum, vt Zobellinę sunt, atque Harmelinæ: quibus regio insigniter scatet, cęræ ac mellis abundans, vsus pecuniæ genti nullus, inter se matronæ palam concubinos habent virorum permissu quos connubii vocant adiutores, contra pellicatus viris probo datur, soluũtur facile matrimonia mutuo cõsensu, & iterum atque iterum nubũt, adeo gens vna cæteris mortalibus diuerso viuit ritu, vt nõ absurdũ sit illud Aristippi: Honestũ nõ natura, sed consuetudine cõstare, Vini rarissimus vsus, panis nigricans non cribratus, armenta victum præbent, multo lacte vtentibus Sermo genti, vt Polonis, Sclauocanicꝰ: hic enim sermo quam latissime patet, ac plurimis quidem gentibus communis est: ex quibus quędam Romanæ ritum ecclesiæ sequuntur, vt poloni sunt, Dalmatę Croatii, Carnique Alii græco ritu sacra peragunt, vt Bulgarii, Rutheni, & ex Lithuanis plerique Nonnullæ ab his diuersę ꝓprias hęreses habẽt, vt Boemi sunt, Morani & Bosnienses, Hussitarum quædam obseruant delirium, pars multo maxima Manicheum, quædam adhuc etiam gẽtili cecitate tenentur, idola colunt, quemadmodum multi ex Lithuanis. Hieronimus Pragensis, qui Eugenii quarti pontificatu in ea terra Euangelium prædicauit, quique gentis illius ritus & mores ad id tempus minus notos nostris hominibus demonstrauit, dicebat Lithuanorum quosdam, ad quos primum peruenisset domesticatim serpẽtes habuisse: quibus per se quisque vt diis penatibus sacrificabant: cæterum tenuisse se vt

Lithuania tota palustris hyeme tantũ accedãda

Diuitiæ Lithuanorũ ferarũ pelles.

Serpẽtes domestici catim venerati.

præter vnum, qui cremari non potuit, à suis cultoribus interficerentur. Alii ignem colunt, captántq; ex eo auguria. Solem nonnulli mallei ferrei specie immani magnitudine, proprium ducem habent, quem Magnum vocant persæpe tamen regi Polonorum subditi. Caput regionis Vilna est. Episcopalis ciuitas tantæ magnitudinis est quantæ Cracouia cum suburbiis omnibus, domus contiguę in ea nō sunt, sed veluti in rure horti intermediant, & pomaria. Duo fortissima castra habet, vnum in mōte situm inferius in plano alterum. Distat hæc ciuitas à Cracouia. 120. miliaribus. Tartari quidam circa Vilnam inassignatis pagis habitant, qui agros nostro more colentes laborant & merces vehunt, Tartarica lingua loquuntur, Mahometum & sectam Sarracenorum profitentur.

Sol sub malleispecie veneratus.

¶De liuonia, Prusia, & militibus. Marianis.

CAPVT VIII.

Liuonia veræ fidei cultrix, Rutheniæ ad septétrionem prætenta, & ipsa Sarmaticis finibus, Tartari Scythicum hominem genus crebrius incursant. Liuonianos ad Christi cultū milites nostri traxere, quū antea nullū nisi malorum dæmonū nouere, sæpius vario euentu de regni possessione in ea terra bellatū. Sarmaticum mare ab occasu, sinúsq; in compertæ magnitudinis, cuius hostium ab occidēte est, nō procul à Cymprica Chersoneso, quam Daciam hodie vocant. Circa sinum ad septentrionē semiferæ gentes sunt, cum quibus nullum est linguæ commerciū, nutu & signis permutant merces. Prusia, vnde Pruteni, terra hodie Germaniæ & Sarmatiæ particeps à meridie illi occurrit. Eam terram, si Ptolæmeus verus autor est. Vistula perluit à torno oppido Gedanū vsq; : quo in loco Baltheo mari infunditur. ad Sarmaticum oceanum extensa citra vistulem, vltra Germaniæ est ad orientem solem & meridiem Massouitæ sunt, & Poloni accolunt: ad occidentē Saxones. Prusiæ solū ferax est, maximeq; frugiferū, irreguū, frequēs cultus : Regio amœno & pecoris abundās, piscatus venatioq; multa. Vlmerigi eam terram tenuere, quū Gothi ex Scandinauia insula egressi sunt incontinentem, vt Iornandes scripsit. Ptolemæus

Milites mariani.

Cymbrica Chersonesus hodie Dacia.

Vlmerigi Gothi ex Scandinauia.

Amaxobios, Alaunos, Venedes & Githones penes Vistulam habitasset autor est. Malorũ & hæc cultrix fuit dæmonum vsq; ad secundi Federici tempora. Deiparini milites, qui & Mariani dicuntur, post Ptleomaidem in Syria amissam in Germaniam reuersi, viri videlicet nobiles & rei militaris periti, ne per ocium marcerent, eundem accedentes, Prusiam Germaniæ cõterminam Christi cultũ spernere dixerunt: sæpe illius gentis homines in Saxones cæterósq; vicinos excurrere, vim pecorum abigere, esse in animo cõpescere barbaram gẽtem, sibi annuat tantũ Imperator, prouinciamq; fratribus perpetuo iure possidendam tradat, si eam armis acquirent. Iam enim Massouiæ duces, qui eius se terræ dominos affirmabant, ius suum fratribus cõcesserant. Grata oblatio Federico fuit, qui collaudato proposito, quas voluere fratres sub aurea bulla literas cõcessit. Illi sumptis armis breui tempore quicquid Prutenici iuris citra & vltra Vstulam fuit sub egere: subactam ac bello quæsitã, suæ dictionis fecere. Victa gens Christi fidem complexa est, & cum fide Teutonicam linguam. Fuit ad Vistulam amnem quercus, vbi victrix gens, à principio castellũ erexit, mox vt sunt res hominũ, quæ tenui principio maius augentur, oppidũ frequenti cultum adoleuit Mariæ burgum dixerunt, Caput gentis est, atq; sedes eius, qui vniuersi ordinis magisterio fungitur. Sacrę huius militię origo Teutonica est, nec quisquam nisi Teutonicus his sacris initiatur: atque idem claris ortus natalibus, & cui proponitur, vt aduersus sacratissimæ crucis hostes paratus sit omni tempore dimicare: albo pallio amiciuntur, nigra cruce insuta, omnes alunt barbam, præter eos qui sacris operantur, & sacerdotes sunt dominicam orationem milites ipsi pro canonicis horis vsurpãt: neq; literas discunt: diuitiis abundant: neq; minor quam regibus potẽtia. Sæpe cum Polonis de regni finibus acceptis atq; illatis cladibus cõtendere, nec totis virib⁹ belli fortunam experiri recusauerunt. Est Prussiæ atque Lithuaniæ contermina regiuncula, [Samogithia dicitur, syluis & fluminibus circunceptaq; quinquaginta miliarũ longitudine: cuius gentes proceræ & pulchrę staturę agrestes ta-

deiparini milites.

Prusia quõ ab ordine Teutonica acquisita.

Massouię duces.

Mariæ burgum

Ordo militũ Teutonicorũ, Vestes eorundem.

Potentia ordinis Teu.

De Samogithia, & gẽtis moribus.

men, moribúsque inculti. Matrimonia plura celebrāt, & absq; sanguinis respectu, patre mortuo, filius nouercam, fratre frater glotem in vxorē accipiunt. Aes nullum habent, humiliter ædificāt, ex limo culmoque tuguria in carinarū aut galearum formam in quorū culminibus fenestram vnam faciunt tam patētem, vt toti ædificio lucē superne prębeat. Focus perpetuo igne in singulis vnus, circa quem familia vniuersa sedens, non solum vt cibos coquat, verum etiam vt vehemens frig⁹, quo pro maiori anni parte terra hæc cōgelata constrictaq; iacet, propellat. Vaporaria seu stubas habent nullas. Gens ad diuinationem & auguria inclinata, præcipuum ei numem ignis, quam sacrosanctum perpetuūque esse persuasum habuere, quod in ædito colle ad flauium Neuyasa assidua lignorum suggestione per sacerdotem aleretur. Vladis laus poloniæ rex, qui eam ad Christi fidem cōpulit, illum vna cum turrit, in qua conseruabatur, extinxit, disiecit, & syluas quas nō minori religione quam ignem sanctas, proque deorum habitaculis Sarmatæ (iuxta poeticum illud: habitarum dii quoque syluas) colebant, & nedum syluas, verum quoque quicquid eas subiisset sanctum minimeq; violendum cencebāt, vt aues erant & feræ. Malorum dæmonum præstigio violentes eas statim in manibus & pedibus contrahebantur. Erant in his syluis singulis familiis suus focus & sacra domus constituta, in quibus defunctorum suorum corpora cum equis, sellis, & meliori eorum vestimento comburere mos fuit. Conuenire eos noctu credebant, ideoque sedilia ibi ex subere contexta disposita, in quibus optimus medo, escaque ex pasta in casei forma omni tempore large subministrabatur, vt ipsis vescerentur. Prima Octobris die in his syluis maximum festū peragebant, ex omni regione vniuersus populus cōgregatus, quæq; familia in sua casula cibo & potu, vt meli⁹ potuit, patrio instituo indulgebat, tum ad focos diis imprimis quā Perkumo, id est tonitrū dicebant libabant. Cum Lithuanis & polonis linguam vnam habent, nam & Polonico sermone sacerdotes eis in ecclesiis præcant. Romanæ ecclesiæ morem obseruant, licet Rhuteni alii ad meridiē &

diuinatio ni vocant Samogithæ.

Supstitio gētis admiranda.

festiuitas

Sremo.

Moſcouitæ. Moſcouitæ ad ſeptentrionē habitantes Græcorum ritum teneant, obedientiamq; non Romano verum Cõſtantinopolitano pontifici promittant. Ad ſeptentrionem his Moſcouia prætenditur terra quadragintorum milliariorum patens: argento diues, tam valido vbique præſidio concluſa, vt nedum aduenæ, verum indigenæ etiam abſque literis ducis exire atque intrare non poſſint. plana omnino regio eſt, non montoſa, nemoroſa tamen, & vt plurimum paludoſa, plurimis maximis flu-

Flumina Moſcouiæ. minibus Occa, Volha, Dzuuina, Boryſthenèque & Dineper irrigua: piſcibus ob id variis, & feris abundat, quẽadmodum Lithuania, â qua nõ multum diſcrepat, niſi quod frigidior eſt, quia ſeptentrionalior. Vnde pecora

Moſcua ciuitas maxima. parua habet, & communiter mutila. Moſcua metropolis regionis duplo maior quam Praga Boemiæ: lignea vt aliæ ciuitates, ædificia habet, multas plateas, ſed di-

Moſcua amnis. ſperſas latiſſimi campi interiacẽt. Moſcua amnis ipſam interſecat, arx in medio vrbis in plano ſita, ſeptendecim turribus & tribus propugnaculis adeo pulchris & validis, vt ſimilia vix reperiantur. Sedecim in ea arce eccleſiæ, quarum tres ſanctæ Mariæ, ſancti Michaelis, & ſancti Nicolai muratæ, cæteræ omnes ligneæ. Tres

Arx ampliſſima. quoque in ea ampliſſimæ curię in quibus nobiles aulici morantur: palatium in quo dux eſt Italico more cõſtructum pulcherrimum, ſed non amplum. Multos nobiliſſimos ducat⁹ habet, ex quibus ingruẽte bello pluſquam ducẽta millia hominum duobus aut tribus die-

Potus moſcuitarũ. bus contrahuntur. Aqua genti potus & medo liquorque fermẽtatus, quem quaſſetz vocant. arant ligneo aratro: frondibus arborum aut ſpinis apricant: ſegetes

Frigoris curatio. propter locum frigus, raro matureſcunt: ideoq; in ſtubis deſiccant, triturantq; aromatibus & ſublimatis calfactoriis cõtra frigus variis vtuntur. De auena & melle

Ebrietas capitis pœna multatur. aquam ardentem ſiue ſublimatum faciunt, & lacte etiã adeo forte, vt ſæpius ab eo inebrientur. Vino & oleo carent. Ne inebrientur inebrientem potum omnem terræ princeps capitis pœna prohibuit: bis aut ter tamen in anno conceditur. Monetam habent argenteã maiorem & minorem, non rotundam, ſed quadrancularem oblongam. Dzuuingis hanc dicunt. Sclauonica

lingua loquuntur. Sectam & regionem cum græcis vnam obseruant. Episcopi eorum patriarchæ constantinopolitano subsunt, & ab eo confirmationem postulant. CHRISTVM Adorant præter Kosanenses, qui cum Sarracenis Mahometum venerantur: & Scythas quosdam alios, ad septentrionē, qui linguis propriis loquuntur, & idola colunt. Imprimis vnum, quod Zlota baba dicunt, id est auream vetulam, tanta veneratione, vt nemo id pertranseat, quin saltem pilo ex veste tracto, si aliud nihil habeat, coram eo prostrat⁹ pro oblatione proiiciat. His populis quamuis sermo sit vnus, Sclauonicus videlicet, est tamen adeo impar, & externis linguis hic & alibi confusus, vt mutuo se nō planc intelligant. Idololatriæ tempore pontificem maximum vnum habebant, quem Criue nominabant, in ciuitate Romoue (à Roma dicta) habitabat. Communis gentibus illis mos est, vt non solū seruos vt pecora, sed etiam filios, & semetipsos vendant, & abducere quā longissime patiantur, ob victus tantummodo sufficiētiam, quamuis grossissimis cibis vescantur.

Lingua

Religio.

Scythæ idololatriç Zlota baba idolum.

Sclauonica lingua aliis linguis vitiata & confusa.

¶De Polonia, Polonorúmq; recentibus moribus.
CAPVT XI.

POlonia, Europe regio, vasta & plena, vnde & hoc nomen accepit. significat enim sclauonica lingua, qua & ipsa vtitur: Pole planum: Sarmatia alio nomine vocata. Hæc Slesiæ ad occidentem conterminata est, Prutenis & Massouitis à septentrione ab oriēte Ruthenis, à meridie Hungaris, Carpato monte, quem Capak acolæ vocant, interiacente hæc in partes duas diuiditur, quarum quæ Saxonibus prutenisq; vicina est, maior Polonia dicitur: altera Hungariæ & russiæ obiecta minor vocat̄. Regnū vniuersum in quatuor velut regiones diuisum, quas in orbē Rex quotānis inuisit, singulę ternis mēsibus aūt alunt regē, regiūq; comitatū: cęterū si casu cōcilioue is in vna regni parte diuti⁹ esse perseuerauerit, nihil debet̄ ipsi ampli⁹. In Cracouia celebri & amplissima vrbe regia est, totiúsq; regni gaza. cętere ciuitates parū nitidę sunt: ex maceria dom⁹ fere om-

Sarmatia Europęa.

Termini Poloniæ.

Polonia duplex: maior, & minor.

Cracouia polonorā regia.

nes compositæ, plæreq; luto conlinitæ, plaga regionis numerosa, Gens in vniuersum prudens: multáq; comitate in hospites: bibacissimum genus hominum, vt totus septentrio, sed rarus vini vsus: ignotúsq; genti omnis vinearum cultus, factitia ex tritico, aliisq; generibus fęminum potio in vsu est, solũ ferax, triticiq; abũdans. Est & pascuis idoneum, armenta late pascuntur, venatio multiplex: equus syluester ceruino cornu, bos ferus, vrum Romani vocant. Plumbum duntaxat ex omnibus metallis fodiunt Poloni, & salem saxorum duritie: nullũmq; toto regno vberib⁹ vectigal: mellis copiam tam ingens, vt non satis illis atq; Ruthenis loci supersit, quibus illa recondant: arbores nãnque omnes & syluæ aluearibus mellificantium nigricant. Literarũ figuratio ex gentili & gręcanico mixta, promiscuus & fidei ritus inter Romanum & græcum: virorum & mulierum vestitus græcanico similis,

Gẽs Polonica prudens & comis.

Salis fodinæ. Mellis vectigal. Literæ. Fidei rit⁹ Vestitus.

¶De Hungaria. Hungarorúmq; viuendi institutis. CAPVT X.

Hũgariæ fines.

HVngaria nũc sane ea regio est, quę olim pannonia fuit, licet hæc hodie illius fines in totum nõ impleat, nec tam late quõdam patuit. quã hodie Hungaria. Enimuero à Laytha flumine inferiorem tantum Pannoniam vsq; ad Sauum omnem cõplexa, vltra Danubium Poloniam attingit, terrámq; cõplectitur, quã Gepidæ & Daci tenuerunt: paterq; imperiũ gentis multo latius, quam terræ nomen. Erat hæc terra, vt prisci rerum scriptores habent, nouem circulis, quos hagas Germanica lingua dicimus, circũdata, quorum singuli ita stipidib⁹ quernis siue fagineis vel abieignis extructi erant, vt de margine ad marginẽ viginti pedum spatium tenderetur in latum, totidem erigeretur in altum ciuitas autem inuila, aut durissimis lapidib⁹ aut tenacissima creta repleretur: porro superficies vallorũ eorumdem integerrimis cespitib⁹ tegeretur. Inter quorũ confinia arbusculæ plantatæ erãt, quæ abscissæ proiectæq; vt plurimum herbas & frondes proferebant. De primo autẽ circulo ad secundũ viginti milliaria Teutonica protendebantur, & inde totidem ad tertium & ita vsque ad nonum, quamuis alius alio semper con-

Gepidæ & Daci.

tractior erat. Intra hos aggeres vici, villæque ita constitutæ, vt ab vna ad aliam vox hominis audiretur. Aedificia validissimis muris præmunita: portæ non satis latæ propter hanc causam, vt per eas latrocinandi gratia quaquauersum ingredi exireq; facile possent. Tubarum clangore vnus circulus alteri cuiusq; rei certa signa dabat. Pannones ab initio eam terram tenuerunt. Pæones olim dicti, inde Huni habuere gens scythica. Mox Gothi ex insulis Germanici oceani profecti, post Gothos Longobardi, ex Scandanauia etiam oceani insula, nouissime Hungari ex alia Hungaria Scythica egressi, quæ non longe à Tanais ortu extat, & Iuhra hodie dicitur, misera adhuc regio, vtpote sub frigidissimo cælo iacens, duci moscouiæ tributaria. Non tamen aurum argentumue, quibus omnino carent, sed preciosas animalium pelles Sabellorum scismorumque pendunt homines. Non arant, non seminant, neq; panes habent ferarum carnibus & piscibus vescuntur: aquam potant: sub tuguris ex virgultis cõtestis inter densas syluas humiliter habitant, vnde fit vt homines syluestribus feris commorantes, vestimentis se non laneis neque lineis induant, sed pellibus nuper aut lupo, aut ceruo, vrsove detractis. Solẽ, lunam, astraq; alia alii adorant, & quicquid eis primum occurrit. Propriam linguam habent. Corollia piscantur & halenas, ex quarum cute Rhedas bursasque faciunt: axungiam pro impinguatione serua tam exteris nationib⁹ vendũt. Mediocris tumoris montes ad eam partem qua oceano incumbit habet quos pisces quidã Mors vocati dentibus se promouendo scandentes, dum superiora nacti vlterius nitũtur præcipites decidũt & moriuntur. eos illi colligunt eduntque, dentes quos latos & albos valde habent reseruant, & mercatoribus pro mercibus aliis permutãt. Manubria cultellorũ ex illis optima parantur. Habet Hungaria nostra ad occasum Austriam & Boemiam, ad meridiem illirici partem, quę Adriatico est Pelago obuersa, ad orientem solem Seruiam, quam Triballi & Misii tenuerunt, nunc à quibusdam Sagaria vocatam, ad arctum & boream poloni, Moschiq; finitimi. Vrbs regia est Buda, à Bada Athilę fratre appellata. Ager regionis qua-

Pãnones. Pæones. Huni. Gothi. Longobardi. Hungari. Hũgarię. Scythica.

Fines Hũgariæ.

buda vrb. regia.

tenus colitur tritico fertilis est, auro atq; argento diues. Mirum est quod indignæ narrant esse in pannonia riuum, in quo si sæpius ferrum mergatur Cuprum fieri. Viri vestes superne excauant, circa interscapilium linea subtus tunica, circa collum & humeros quodamtenus apparẽs, quam partem serico & auro fere omnes exornant indifferens in caliga, cothurno superinducto capillos inungunt, cõcinnantq;, lino galericulo contegunt, raroq; nec nisi in otio resoluunt, qui mos & a plærisque Germanis obseruatur. Muliebris vestitus strictior, & ad collum subductus, vt omnia tegantur, tantum lineę tuniculæ ora emineant præciosissime ornata, vestitus togam superinducunt, serico caput aut lineo componunt velamine, ac prętez oculos & nasum cętera fere abscondunt, gemmis & margaritis vulgo vtuntur. Cothurno calciãtur viri fœminæq; ad media crura inducto, annum lugent defunctos, & quosdam biennio. Barbam rasitant, præterquam superiore labro. Orthodoxæ fidei cultus, ex lege iudicãt. Est & alia iudicii ratio, si causa anceps sit, nec aliter liquere possit, lis ferro decernitur, reus & actor dimicant, Rex aut qui regis vicem spectat, iudicatq; secundum eum qui superior fuerit, satis vicisse credunt, cuius aduersarius aut pugnam cunctatius inhibet, aut lineis areæ, quibus pugnę locus circumscribitur, exciderit. Qui ex euo dimicãt lancea prius, dein gladio vtuntur. Pedites, præter verenda, cætera nudi pugnant. Suus genti sermo etsi Boemo non multum ab similis. Habent & priuatas literas, sed Romanis libentius vtuntur. Ferox hominum genus, & in bello validum, æquestri prelio magis quã pedestri idoneum. Regis imperio parant, aut regiis ducibus. Cataphracto equite in bello vtuntur, & leui armatura, sed parcius omnino turmatim confligunt, non tamen toto agmine. Nulla gens Christiani nominis Turcarum arma magis exercuit. Nulla ab his rursus magis excitata est, adeo paribus animis varioque euentu est semper vtrinq; bellatum. Alia Hungaria quæ huius mater est, linguaque & moribus pene adhuc illi similis, ritu barbarico viuit, idolis seruit.

Vestitus Bungarorum.

Mulierũ Hungarorum habitus.

Certamine singulari controuersiæ dirimuntur.

Hungarorum pugnandi ratio.

Sermo.

Literæ.

Ferocitas Hungarorum.

De Boemia & moribus Boemorum.

CAPVT XI.

Boemia regio, Germaniç limitibus inclusa, aquilonis flatibus obiacet. Hungaria illi oriẽtalis est australis Bauaria. Noricus ager occidu⁹, Polonia borealis. Latitudo eius longutudini fere par, triũ forte dierum iter. Sylua Hercinia tanquam natiuo muro vndiq; cingitur. Albi flauio media irrigatur, atque quodam alio Multauia nomine, ad cuius ripam Braga sita est amplissima vrbs & totius regni caput. Solum hordei & tritici ferax, pabulo, pecore, atq; piscibus abũdat, olei sterilis est, quemadmodum Germania ipsa vino non omnino caret, ceruisiam optimam facit, quæ Viennam vsque austriæ vehitur Boemi Germanis licet vndiq; circunsepti sint, Germanica tamen non loquuntur, & Dalmatarum aduẽtu Teutonica illinc pulsa. Etenim in eorũ annalibus reperitur, fratres duos ex Croatriæ populis egressos, alterum in Boemia, alterum in Polonia consedisse. Mutasse & gentibus prioribus linguam & terris nomina Volaterano authore. Mos vetus & Germanica lingua à plærisq; in hanc vsq; diem obseruantur. In templis enim plebes sermone Teutonico docentur, in cœmiteriis Boemico. Solis mandicantibus olim libertas fuit, qua valent lingua populos instruere. Nullæ genti leges sunt, nulla sanctiora instituta, quod libet, licet. quippe Christianç fidei nõ solũ nõ cultus, vt qui valdensium sectam amplecti tutentur, tum auorum nostrorum memoria Hussitarũ veneno infecti. Orthodoxæ fidei cultum parũ hodie integre custodiunt. Romanum pontificem in ordinem redigunt, negantq; cæteris antistitibus angustiorem esse ac venarabiliorem, inter sacerdotes nullum discrimen ducentes. Presbyterum non dignitatem, sed vitæ meritum efficere potiorem. Animas corporib⁹ excedẽtes in ęternas euestigio pœnas demergi, aut perpetua cõsequi gaudia purgatorium ignem non inueniri, quo aliquãdo expientur. Stultum arbitrãtur defunctis parentare, auaritiæ sacerdotalis inuentũ esse. Dei optimi maximi diuorumq; simulachra è medio tollunt. Aquarum palmarúmq; ac cętera

Boemię limites.
Hercinia sylua.
Albis.
Multauię
Ber. vrbs regia.
Ceruisia Boemica commendatur.
Linga Germanica in Boemia.
Valdẽse Errores Boemorũ
Boeminõ parẽtant.

Benedi-ctiones rerum irrident.

rarum rerum benedictiones irrident. Mandicantium religiones malos dæmones inuenisse, Sacerdotes pauperes esse debere sola eleemosyna contentos. Nō opes, non pecuniam possidere Liberam cuiq; verbi dei prædicationem patere. Nullum capitale peccatū, quātumuis maioris mali vitandi gratia tolerandum. Qui mortalis culpæ reus sit, eum iudicant neq; debere sæculari, neq; ecclesiastica dignitate potiri, nec etiam parandum esse ei. Confirmationem & extremā vnctionē inter ecclesiæ sacramenta minime teneri. Auricularē confessionem nugacem, & superuacuam esse, sufficere in cubili aut alio secreto loco sua quemq; deo peccata confiteri. Baptisma fluuialis vnde nulla interiecta sacri olei mixtura recipiēdum Cœmiteriorū inanem vsum, quæstus tantummodo causa repertum, quacunq; tegantur tellure humana corpora nihil distare. Templū dei late patentis ipsum mundum esse, coartare maiestatem eius, qui ecclesias monasteria oratoriaq; construunt. Sacerdotales vestes, altarium ornamenta, pallas, corporalia, calices, patenas vasa huiusmodi nihil habere momēti, sacerdotem quocunq; loco, quocunq; tempore sacrū Christi corpus conficere posse petentibus ministrare, sufficere si verba sacramentalia tantum dicat: suffragia sanctorum in cœlis cum Christo regnantium impetrari, in canonicis horis cantandis dicendisq; frustra tempus teri. Nullo die ab opere cessandum esse existimant, quam quæ dominica nunc appellatur. Celebritates sanctorum reiiciendas. Ieiuniis quoq; ab ecclesia institutis nihil inesse meriti. Eam a est etiam Boemorum sacerdotes infantibus ipsis & cunctis aliis indifferenter sub vtraque specie corpus Christi ministrare, hostia, quàm qua nos vtimur aliquantum grandiori. Georgi. Poggebratius huius instituti autor fuisse dicitur. Picard⁹ quidam ex Gallia, gentem alio delyrio infecit: is non paruam virorum mulierúmque plebem contractam nudā incedere iussit, Adamitas vocauit, autor omnis licentię venus publica & mixta, reliqua horrenda auditu crimina hoc duce cœperant, & in quibusdam locis adhuc durare, sed occulte, à multis dicitur. Nam subterraneos Boemorum quidam (qui ex hoc Gruebenhaimer ap-

Peccatū mortale tolerādū non esse.

Sacramētū eucharistiæ.

Celebritates sanctorum.

Infantes Boemi cōmunicāt.

pellātur) sacra operaturi subeunt, inter quæ cum à sacerdote pro more illud Genesis pronunciatur, Crescite & multiplicamini, ac replete terram, lumina quę ibi habentur, cõtinuo omnia extinguuntur, & tunc neq; ætatis nulla neq; sanguinis attenta reuerentia promiscue viri & in quam per tenebras quisq; incidit mulieres cognoscũt, peracto scelere quum in locum suum se quisq; receperit luminaria rursus incenduntur & sacrum peragitur. Est execrandus hic damnatę gentis ritus nõ multum diuersus à bacchanalibus illis quæ in Hetruria primo, mox Romæ etiam noctu, multa vini & epularum crapula mulieres maribus mixtæ in abdito celebrauere, nullo neq; sexus, neq; ętatis respectu habito ad promiscua puerorum ac matronarum stupra, atq; aliorum flagitiorum, quæ ex ipsis tanquam ex officina quadam prodibant: quorum sacrorum capita Q. Martio Philippo & Posthumio Albino consulibus Romæ capitali sunt supplicio affecta, vt scribit Sabellicus Enneade quinta libro. 7. Hanc Boemorum impietatem nefandam hæresim quatuor reges. Vences, laus, Sigismũdus, Albertus, & Vladis laus extirpare nõ potuerũt, quamuis sæpius totis viribus attentarunt.

Nefand⁹ Boemorũ ritus.

Bacchanalia olim in Italia celebrata.

Heresis Boemorũ inuicta.

¶De Germania, & institutis eorum plurimis.

CAPVT XII.

GErmania regio Europę amplissima, tota septentrionalis, à Gallis olim Rheno fluuio diuisa fuit à Rhetis & pannonibus Danubio, à Sarmatis Dacisq; mutuo metu & montibus separata, cætera oceano ambiẽte, hodie extra hos fines Rhetiam, Vindeliciam, Noricam, & superiorem Panoniam, Alpes, partémque Illiriæ & vsque ad Tridentina claustra Germania obtinet: Belgarum quoque fere tota natio Galici quodam iuris omnisq; Rhenus in Germaniæ nomen linguamq; concessit, vt iam se Gallos dici nesciant, si audiant indignentur: Heluetii quoq; in germaniæ nomen & linguam tempore labente transiere. Itaq; magnam Galliæ Thransalpinæ partem ipsa Germania sibi vendicauit. Prutenos ferocissimam gentẽ & idolis deditam intra trecentesimũ annũ ex infidelium manibus milites Teutonici vi & armis rapuerunt, vbi

Germaniæ veteres limites.

Quid accessit Germ.

Prusiam Germania vendicauit.

& lingua Teutonica introducta est,& Christi cultus gẽti imperatus,vnde habita ad primæuos illius terminos consyderatione, videbitur certe illa sibi fere plus solii extra vsurpasse,quam intus prius continebant. In duas velut partes ab initio tota Germania diuisa fuit, vt quę Alpibus propinquior est, superior est, sit Germania appellata:altera ad septẽtrionem atq; oceanum versa,inferior.Durat hæc partitio sub Alemaniæ appellatione (quæ à Lemano,vt quidam autumant,lacu est) in hunc vsq; diem.Prouincias tam hæc quam illa multa habent superiora Mogano flumine, quod franconiam perlabitur,ascendendo Bauariã habet,Austriã,Styriam,Athesim,Rhetiã,Heluetiam,Sueuiam,Aliatiam,prouinciã Rhenensem,Moguntiacum adusq;.Inferior,Frãconiã, cuius magna pars meridiem versus etiam in superiorẽ protenditur,habet,Hassiam,Lotharingiam,Brabantiã Gelriam,Selandiam,Holãdiam,Phrisiam, Flandriam, Vuestualiam,Saxoniã,Daciam, Peninsulam, Pomeraniam,Liuoniam,Prussiam.Slesiã,Morauiam, Boemiã, Mysnam,Marchiam,Turingiam.Fuit Germanię terra ab initio,vt Cornelius Tacitus scribit, & si aliquando specie differebat, in vniuersum aut syluis horrida, aut paludibus infœcunda,humidior qua Gallias,ventosior qua Noricum ac Pannoniam aspicit: frugiferarum arborum & omnis culturæ impatiens sterilis,pecorum tamen fœcunda,sed plærunque improcerorum,auro atque argento immunis, & propterea vilis despectaque ab omnibus. Hodie regio adeo amœna est, adeo pulcherrimis nitidissimisque vrbibus,castris,& pagis passim exornamenta,exculta, vt non Italiæ, non Galliæ, non Hispaniæ ipsa cedat,Cœlum satis clemens habet. Campi fertilitatem optandã.Sunt colles aprici,nemora opaca,frumentorũ abundantia,vitiferi omnes,clarissimi amnes,Rhenus.Danubius,Moganus,Albis.Necharus.Sala,Odera,& multi alii fluuii,& riui lympidissimi totam terram rogantes. Sunt fontes dulcis aquæ, sunt thermæ callidæ,sunt mineræ salis plurimæ:metallorum item fertilitate nullis terris cedit.Vniuersa & Italia,Gallia.Hispania, argentum ex germaniæ negotiatoribus fere omne habent metallaq; non parũ mul-

Germania duplex.
Alemania
Prouinciæ. Germaniæ. multæ.
Terra Germaniæ olim horrida & in fœcundia.
Germaniæ laudes.
Flumina germanię
Diuitiæ germanię

ta,nec auro eſt priuata.Quod ſi hodie priſcorum quiſquam ab inferis reſurgeret,ac oculis intima regionis contemplaretur, nunquid nō multum is miraretur?aut quid diceret tamen,ſi videret quanta nunc eſſet locorū ſalubritas,cęli humana temperies,vbertas ſoli,vini frumentique quanta copia,arborū conſitiones,quis ſplēdor vrbium,templorum ſacra,& erga deum religio, vrbanitas ciuium,veſtitus hominum rei militaris peritia apparatus bellicus, cæteraque ornamenta Germanorū nobilitasque quam ſyncera.profecto,vt reor non diceret terram informem,aſpera cœlo,triſtem cultu. videret ſane quam verum ſit illud,quod dicitur. Sæpius bonā materiā ſiue artifice.Nā etſi aliis regionib⁹ mitior hyems ſit,fructuſque nobiliores,minus tamen æſtus tēperatus eſt,vnde & frugum corruptio:adde animalia venenoſa,& alia ad humani generis perniciem intētiſſima difficilis ſatis erit iudicatu,quæ cuique prouincia comparanda ſit quæ anteferenda,Dicta autem eſt Germania recentiori appellatione quod eius populi fere Omnes inter ſe perinde ac fratres, pars exiſterēt tū corporum diſpoſitione tum moribus atque viuendi ritib⁹ prius Teutonia à Tuiſco ne Noe filio, & Alemānia à Manno eius filio,qui gentis autores conditoreſque memorantur vocitata,fuit Quanuis plærique gentē indigenam i. inde genitā nec aliunde prouectam arbitrātur,& eius opinionis hic eſt,qui ita verſicatus eſt.

Metalla

Germania quātū ex culta.

Tēperata Germania.

Cermania vnde appellata

Autor gētis.

Germani indigenę

Gens inuicta manet toto notiſſima mundo,
Terra vbi deuexa globo dimittit in arcton.
Solis & algoris patiens,duriq; laboris,
Ingrata ignauiam vitæ tolerare quietem.
Indigna haud alia ducens primordia gente,
Sed cœlo producta ſuo Demogorgonis aluus
Protulerat:patulas vbi cuncta. creata ſub auras.
Germanos vocitant Itali,Graii ſed Adelphos,
Quod fratrum ſoleant inter ſe viuere more:
Nomen nobilibus quod adhuc venerabile noſtris
Pectoribus,ſimiles ingentes corporis artus
Prodigia cui natura dedit,per lactea colla.
Candida proceris tollentes corpora membris,
Flaua coma eſt,flauentque oculi,flauoque colore,

Temperie iustam retinent sua membra staturam,
Vox habitum mentis cum gestu pectora prodit,
Vox quæ nil muliebre sonat, sed tota virilis
Martia crassiloco testatur corda palato.
Commune his studium venari, equitare, vagari,
Atque suum varias victus quæsisse per artes:
Vel bacchum, viduis crescentem iungere palis.
Aruaque quadriiugo proscindere pinguia aratro:
Nec patrio tepuisse solo iuuenilibus annis,
Sed mox doctiloque præcepta adiisse Mineruæ,
Vel vaga veliferas duxisse per æquora naues,
Atque suis terris variasadducere merces,
Nec censere nefas animum intendisse rapinis,
Dum fera belligeri meditantur Prælia Martis,
Atque illum regum celsas quæsisse per aulas,
Quatuor ad fines quas Teutonis ora coercet:
Siue per Herciniæ nemorosa cacumina syluæ,
Dentatos prosternere apros, syluisque vagantes
Aeripedes ceruos. vrsusque agitare feroces.
Vnguibus accipitres trucibusque iubere rapinas
Tollere, & euulsas dispergere in æthera plumas.
Hinc animus dubiis audens se credere rebus,
Nec segnis timidusque mori roseumque cruorem
Pro patria & charis certans effundere amicis.
Atque auidus cædis, si qua vlla iniuria læsit,
Quique fidem sancto & constanti pectere seruet
Relligionis amens, superumque, & cultor honesti,
Et veri iustiq; tenax mens consona labris.
Ficta coloratæ fugiens mendacia linguæ.

Hercules ĩ Germania fuit.

¶ Prælium inituri Germani sacrum hymnum Herculi canebant, quem volebant aliquando in eam terram venisse graui & terribili sonitu, non dissono, cæterum ad terrorem quæsito pugnam capessebant. Truces oculi pluribus ac cærulei, rutilæ comæ, procera corpora, ad primos impetus subita & præceps natura Cæterum laborum operumque impatiens. Sitim & æstum vt Galli non ferunt, frigorum patientissimi. Auri & argenti his olim vsus nullus. Argentea vasa eorum legatis data aut, principib⁹ numeri missa, non minori contemptu quam fictilia tractabant.

Auri et argenti Germanis vsus olĩ nullus

Commerciorum vsu aurum & argentum ab his primo receptum, Credita & à quibusdam tellus ipsa talium metallorum expers, quin & ferri inops: quo accidit, vt olim rari vterentur gladiis in prælio, sed longiori hasta, quam ipsi frameam vocant: & in ea breui ferro, habili telo, siue cominus siue eminus dimicarent Eques scuto & hasta instuebatur, Pedites missilia spargabant, plura singli. Nudi in pugnam, au breui sagulo vtebantur, nulla cultus occultatione, scuta tantum coloribus, hisque lectissimis distinguebant. paucis loricę vsus, vix vni alteri vecassis, aut galea . Equi nec forma, nec velocitate conspicui: nec in gyrum vt Itali, sed recto tantum conatu aguntur, Scutum id pugna amisisse præcipuum flagitium, vt sacris & publico concilio excluderentur eiusmodi clade adfecti. Multi tali infamiæ superstites vitam laqueo finierunt. Reges nobilitate legebantur, nec his libera infinitaque potestas fuit. Exercit⁹ is ductabat, qui præcipua virtute pręstaret, quique exemplo magis, quam Imperio pollere, vincere verberare anima duerterein quenquam nullius ius esset preterquam sacerdotum, vt non Imperio, sed diuinitus flagitia vindicari crederentur. Signa quædam Deorum lucis detracta in prælium gestari præcipuum in pugna incitamentum, Omnes suas necessitudines in proximo statuebant, vt in suorum conspectu, aut gloriose vincerent, aut cum laude caderent: liberi, coniunges, parentes sanctissimi pugnę testes adhibebantur. Ad matres & vxores accepta vulnera deferebant: nec ille & numerare & exigere plagas formidabant. Eædem cibos hortationesque pugnantibus suggerebant. Proditum memoriæ est inclinatam aciẽ aliquando, illarum hortatu restitutam. Creduntur ad hæc arbitrari aliquid sancti, prouidique in fœminis esse earumque consilia propterea nõ aspernari, responsave negligere, Mercurio certis diebus humanas hostias immolabant: Herculi & Marti ex cæteris animalibus. sortes & auguria in vsu. Deminoribus rebus principes ciuitatis consultabant, de maioribus vniuersa ciuitas. In inchoandis rebus noua luna aut plena obseruabatur. Noctium non dierum numerus supputaba-

Nudi pugnauerũt Germani

Scuti ĩ pugna amissio ingẽs flagitiũ

Ceorũ simulachra in prælũ gestabãt

Matres & liberi bello.

tur in ea gente. In concilium armati venditabant Sententiam approbaturi frameas concutiebant, id honoratissimum assentiendi genus: contra aspernati fremitu significabant. Transfugę & proditores ex arboribus pendentes: ignaui & imbelles atq; infámi corpore cœna obruti, aut à palude aliqua superiecta crate necabantur, tanquam scelera in aperto ponenda essent, vitia cõtegenda: nihil publice, aut priuatim magistratus agere nisi armis instructi. In commeatu & affectatione incredibilis æmulatio, qui maiori iuuenum globo stipatus in publicũ processisset, præcipua celebritate apud suos & finitimos esse. Turpe & in omni vita infame suo duci superstitem in prælio esse, nisi victor is est acie decessisset. Princeps pro victoria, comites pro principibus dimicabãt. Bella vltra appetere, vtpote quibus omnis à re bellica esset quies ingrata. Inertiæ & ignauię dabatur sudore aliquid quærere, quod posset cruore parari. Bellorum cura destituti somno & cibo vel fortissimi quique indulgebãt, domo & agrorum cura fœminis & senib⁹ delegata, vt mirum videri possit, duo tam diuersa eidem genti adfuisse, & inertiæ amorem, & odium quietes. Vicatim plurimum discretisque domiciliis habitabant. Tegumen fuit sagum, fibula, aut si ea defuisset spina consertum: locupletissimi veste distinguebãtur, non fluxa. sed stricta, ac pene singula membra exprimente: idem fœminis habitus, qui & viris, Atq; Germani ipsi omnium fere, qui ad septentrionem & ortũ habitãt, soli vnica vxore contenti ab initio fuere, quãquam & in his nonnulli plura celebrarẽt cõnubia, Non vxor viro, sed vir vxori dotem comparabat, Nec ad delicias quærebatur cultus, sed iugati boues dabantur, frænatus equus, scutum cum framea & gladio. Mira in fœminis pudicitia, nulla spectãdi fuit illecebra, nulla conuiuiorũ ratio, rara in tam numerosa gente adulteria, cuius conuicta mulier resectis capillis, nudatam coram propinquis maritus domo exactam, toto vico verberibus agebat, profligatæ pudicitiæ nulla venia, non ætas, non forma, non opes connubium corruptis conciliare poterat. Nemo tamen vicia ridere, id enim sæculum corrumpere & corrumpi arbitrabantur,

Magistratus semp armati.

Vestitus

Matrimonia.

Adulterii pœna.

Sic vnum mulieres maritum accipere, vt vnum corpus & vnam vitam, nec vlla cogitatio vltra, nec longior cupiditas, tanquam matrimonium omarent, non maritum. plus apud illos boni mores valuerunt, quam alibi bonæ leges. Serus in iuuenibus vſus veneris, atque eo munus exhauſta pubertas: nec cõnubia virginum properabantur, vt validior eſſet procreatio. Homicidium certo pecorum numero luebatur, atque vniuerſa dom⁹ ſatisfactionem capiebat. Conuictibus & hoſpitali menſæ ſupramodum ſtudebant. Nefas habebatur quenquã domo vt epulis arcuiſſet. Gaudebãt muneribus nec data imputare, aut obligari acceptis. Diem noctemq; potando continuare. Temulentia nulli probro data eſt. Crebræ poſt crapulam rixæ raro conuitiis, cæde ſæpi⁹ tranſigebantur: de pace & bello in conuiuiis conſultare, quaſi nullo alio tempore ſimplicius paterent hominum curæ aut ad res magnas magis incaleſcerẽt. Gens minime aſtuta, ſimpliciter omnia arcana detegere: poſtridie acta retractabant, vt de ſumma rerum deliberarent, dum fingere neſcirent: decretum vero ferrent, dum errare non poſſent. Potus ex ordeo in ſimilitudinem vini corruptus: proximi fluuiorum accolæ aduecticia vina in vſu habebant. Cibus ſimplex, agreſtia poma recens farina, & lac concretum, potus immoderatior. Vno ſpectaculorum genere vſi, vt nudi iuuenes inter gladios & frameas ſeſe celeriter expedirent. Exercitatio artem parabat, ars decorem. Aleæ adeo ſtudioſi, vt cæteris amiſſis nouiſſimo iactu de libertate cõtenderent: victus voluntariam ſeruitutem adhibat, & quanquam iuuenis & robuſtus, ligari ſe & vendi patiebatur. Annum in hyemen, ver & æſtatem diuiſum habebant, autumnum vini & cęterarum frugũ inopia neſcientes. In funere lamenta & lachrimas cito abſtergebant, in dolore & triſtitia permanebãt diutius: fœmineis tantum lugere permiſſum, viris meminiſſe ſolum. Et hi olim fuerunt Germanorum mores, talis viuendi ritus. Sed quæ mutatio longo temporum interuallo, vt in cæteris gentibus, ſit facta, ex præſenti rerum ſtatu depræhendi poteſt. Omnis hodie Germanorũ conditio ſiue ſtatus quadruplex eſt. Primus clericorũ tam

Homicidii multatio.

Ludendi amor.

Funebris germanorũ luctus.

Recentia germanorum inſtituta.

sæcularium quam religiosorum , vtriq; magnis & largis redditibus censibusq; prouisi, ab aliis plurimum honoris percipiunt, non solum quod Deo optimo maximo sacrificent, sanctorum laudes cantent, ac animarũ curam habeant, sed etiam quod scripturas intelligant, & ipsas interprætentur, vitámque cœlibẽ agant. Nam qui in his minus probantur, facile ab inerti vulgo aspernari solét. Vestitu religiosi quique suo, & satis decenti vtuntur, Seculares tunicas portant fluxas, pullo vt plurimum colore caput mitra lanea tegunt nõ multum fastigiata, sed capite auretenus satis adhærenti. Ex colo quum in publicum procedunt fasciam dependunt quidam sericam, quidam laneam honestatis tantummodo causa Superducũt & calceis crepidas siue sandalia, quę domum reuersi deponunt. Ocio maior pars vacat, literis pauci intendũt, pomeridianas horas ludendo potendoq; deducentes. Iniurias suas minores sacerdotes ad Episcopum deferunt, & aliquando ad Romanam curiam. vnde graui damno eos, qui nocuere aliquando afficiunt, & sibi securitatem parant. Secundus status nobilium est, hic grad⁹ multos habet: sunt enim principes, sunt Comites, atque Barones, atque inferioris gradus milites. Principes nõ solum dignitate & generis claritudine, sed & potentia cæteris antecedũt, terras habent & dominia latissima, Comites & Barones cęteríque nobiles per regionem dispersi florum ad instat interlucent. Sed illud in nobilium ordine mirum videri potest, quod principes ipsi, atque comites Cæsari, quoties Imperii necessitas exigit, obsequia tanquam subiecti prestent: milites exemptos se dicant, & nisi ad stipendium nomine seruiant, nec subditos suos seruire sinant: & tamen Romanorum Imperatorem dominũ suum ac principem esse dicant & recognoscant. Prophanari & non parum minui generis sui splendorem existimant, si mercaturam artemve aliquam mechanicam exerceant, Si plebe iam aut sibi inferiorem vxorem ducant, Si aliena vrbe ciuium more habitent. Ipsi vrbanorum consortia, commercia omnia perosi, arces & robustiora splendidioráque ædificia in montibus, syluis, & rure collocata cũ familia sua libere habi-

[Margin notes:] Cricorũ. germanorũ studia. — Secundus status nobiliũ est.

tant. Quidam principum aut regum curias frequentãt, & bella sequuntur: alii de redditibus suis & matrimonio viuentes domi manent, communiter tamen venãtur, quod solis ipsis licere longum vsu & cõcessa libertate contendunt: priuatis leporum præsertim, caprearũ hinnulorum ceruorumq; venatio in aliquibus locis oculorum effossione, in quib⁹ truncatione capitis interdicta, noxias tamen feras captare cuiq; licet. Laute insuper nobiles ipsi epulentur, vestiuntur splendide, auro & argento diuersi, coloréque serico tam viri quam mulieres domi & foris exornãtur, multo familiarum cœtu incedunt, & incessu adeo maturo & præmeditato, vt à plebeis mox vt vidiantur internosci possint. Equis si longius eundum sit & non pedibus vadunt, dedecorosum enim hoc valde ducũt, & merum egestatis indicium. Sed prædari, vbi necessaria desint, non verentur. Iniurias illatas raro iure, sæpius cõgregato ex sociis equitatu, ferro flammis, & rapinis vlciscuntur: coguntq; per hoc eos, qui intulerũt ad satisfactionem. Gens superba, inquieta, auara, ecclesiæ prelatis & eorum bonis insidians semper, subditos rusticos irremissa seruitute exercet, incredibile dictu, quãtum miseros & infelices homines vexet, quantum exugat. Esset Germania nostra ter quaterq; felix si Centauri isti Dionisii & Phalarides, aut eiicerentur, aut saltem ipsorũ tyrannide refrenata, & potestate diminuta, priuatim quemadmodũ in Heluetia, nobiles viuere cogerentur. Sequens status oppidanorum est, quorum quidam Cæsari tãtum subiecti sunt quidã principibus aut ecclesiæ prælatis. Qui Cæsari parent libertates multas habent, mores etiam & instituta quibus in communi ferme vtuntur. Singulis annis ex ciuibus magistrat⁹ suffragio creatur, apud quem summa potestas cum Imperio sit, in caput animaduertere cuiusque habet, hoc ordine: Si de criminibus agitur, assident in concilio hi quos sibi ciuitas delegit, rei ipsi legati adducuntur, accusatoribus & reorũ defensoribus dicendi copia datur, quibus auditis, eunt in sententiam, non vt leges censent, quas non nouerunt, sed prout ratio eis dicta atq; iudiciorũ consuetudo habet, quod & in ciuilib⁹ causis obseruatur: excepto

Nobiliũ studia.

Venatio priuatis ĩterdicta.

Incessus nobilium

Germania vsque nobilib⁹ felix.

3. Germanorũ status oppidanorum est.

Iudiciorũ forma.

quod Cæſar in his appellari poteſt, in illis vero non. In omni fere Imperalia ciuitate duplices ciues ſunt, ingeui & plebei Mercantiis & officinis plebei intendũt, ingeuni (qui & patricii dicuntur) patrimoniis tantũ redditibúſque ſuis cõtenti equeſtram ordinem imitentur. Si plebeiorum quiſpiam ditior factus, ſe illis cõmercio aut conſuetudine commiſcere contenderit, repellitur. vnde longo iam tempore vterque ſtatus in ſuo valore perdura. Reipublicæ adminiſtratio tamen ferre communis eſt & vtriuſq; permiſſa: nec eis plebs ſeruire aut ſubiecta eſſe videtur, ſua cuique ſubſtãtia tota eſt, & libertas, saluis legibus, vt viuere velin: in communi iuſtitia per totam regionem ab illiteratis adminiſtratur. In ſingulis oppidis & nonnullis pagis etiam viri duodecim, vitæ integritatæ ac honeſtate præcipui eligũtur in iudices, nullo habito reſpectu ſcient ne literas vel non. illi iudicandi munus neceſſario ſubeunt: licet remunerationem ſeu mercedem inde nullam expectent, prętcr honorem pro communi tantummodo bono, ſuis negotiis poſthabitis, iudicis ſtatuto tempore intendunt. iurántque ſinguli ſe vnicuique iudicaturos ſecundum quod eis viſum fuerit iuſtius atq; melius. Nec à ſententiis eorum maiores noſtri appellabant, indignum fore putantes, tantorum virorum gratis iudicantium decretis contraire. Hodie vero paſſim ab eis appellari cœpit, quod ferendum eſſet, ſi iudices, ad quos appellatum fuerit, in iudicando conſuetudinem priorum iudicum ſeruarent, ſed hoc à paucis attenditur immo plerumque priorum iudicum ſententię, alioquin nullã iniquitatem continentes, ob id ſolum, quia contra leges ſcriptas prolate inueniantur, retractantur, in quo ſine eorum demeritis & iudices primæ inſtantiæ imperitiæ ſugillantur, & victrix pars grauatur: hoc quam iniuſtum ſit viderint ipſi. Ciues inſuper honeſtiſſime inter ſe & amiciſſime viuunt, in locis publicis & priuatis frequenter conuenientes mercantur, conuiuantur, colludunt, coloquuntur, raro alterutrum decipiunt, raro cõtendunt quocunque tempore, quocunque etiam loco, tam viri quam mulieres obuiantes in vicem honorant & ſalutant. Victu veſtituque priuatis diebus ferme

Ciuium Germanorũ cõditio duplex.

Illiterati iudicant viri duodecim.

Ciuiũ cõcordia & cõſuetudo.

Victus.

omnes Germani admodum frugali & simplici vtuntur festiuis parum splendidiori. Operãtes in die quater comedunt, ociosi bis. Habitus quo viri induuntur cõmuniter laneus est: quo mulieres, lineus, sed adeo vtrorũque diuersus, & colore & forma, vt raro vnus sicut alius vestitus appareat. Aduenticiis & nouis vestimentorum formis iam plurimum gaudent. Italicis Gallicisq; pręsertim, à quibus paucos ante annos obtusa calceamenta viri, cum fluxis & discissis manicis tunicas, & texta pilea, quæ pyretia vocant, receperunt, gestabantur mea adhuc memoria rostrati calcei, vestes curtæ atque strictæ caudata capitia. Sed ista antiqua virorum frugalitas hodie ad mulieres venit, mulieribus commissa est. hæ depositis multiplicibus peplis, quibus grandia olim capita faciebant, vnico tantum hodie velantur, modestius incedunt. Aurum, argentum, & vniones exquisita item vestimentorũ fimbria ex variis & preciosis animalium pelliculis aut fericis fere omnino abiecerunt. Quid dicam de vestium Syrmatis, quę nisi apud nobilitatem vix magis conspiciuntur. Satis honestus hodie fœminarum vestitus est, satis decorus, nihil haberet quod merito reprehendere quis posset, si à quibusdam superne nimium non excaueretur. In funeribus & parentationibus nigris amiciuntur, defunctos dies triginta lugent, ac ipsis interim ter iusta persoluũt primo videlicet die, septimo, atq; tricesimo. Ad dei cultum deditissimi sunt, nullus artificũ est, qui mane antęquam laborare incipiat, ædes sacras non intret, & diuino officio, intersit. serui atq; ancillæ ad hoc à dominis quasi compelluntur, turpe putant eique non modicum exprobrãdum, qui ex pigricia aliaue inani causa sacra negligunt. Eleemosynas multas tribuunt. Nulla fere ciuitas est in qua non fratrum mendicantium conuentus sunt, peregrinorum inopum publica hospitia. Aluntur etiam iuuenes ephœbi, qui studiorum causa paterna domo digressi voluntarie hinc inde exulãt, tam multi interdum in vna ciuitate, vt mirari possis vnde nutriãtur, illi à ciuibus ex pietate hospitãtur: victum domesticatim cantentes mandicant, eum tamen large accipiũt. propter hoc quod ędibus sacris & sacerdotib⁹ de-

Habitus Germanorum diuersus.

Luct⁹ funebris.

Germani ad cultũ dei propensi.

Misericordes sũt Germani

Pueri studiorũ causa exulãtes.

putati diuina officia cantent, ad clericatúmq; instituãtur Dom⁹ publica iuxta singulas parrochias vna est, in qua artium & disciplinarum studio tam hi, quam ciuiũ filii quotidie cõueniunt, qui ipsis præsunt, decéntq; viri non minus virtute, quã doctrina spectati sunt, delinquentes & literarum neglectores ferulis percutiũt, aut verbis duriusculis castigant. Priuatæ ædes pene omnes contiguę sunt, atque pro ciuium facultate vicorum dispositione constructæ, Diuites lapidibus cœmentóque superbe ędificãt: pauperes luto & ligno tantum humilius: tegulis tamen latericeis aut scissili lapidę ædificia sua vtriq; tegunt, ob decorem, ne aut aduersus incendium affirmare non possum. In Saxonia & aliis plærisque locis asserculis operiunt, quare oppida parũ venusta visuntur, & igni magis obnoxia sunt, plateæ vt plurimum silicibus stratæ sunt. Portę seu exitus vrbiũ celsis turribus insigniti, in quibus diurni custodes aduentantes equites tuba significare solent, vt hi qui portas inferius obseruant, pręmoueantur, & eas in maiori tutela habeant. Vrbes cõmuniter natura & arte munitæ, aut iuxta vorticosa flumina vel in montes sitę sunt, quę in plano resident muris fossatis, vallis insuperabilibus circunseptæ, turribus & propugnaculis innumeris, veluti ex terra, prominent. Est etiam multarum ciuitatum circumiacens ager, fossis adeo profundis & amplis conclusus, vt ab externa populatione ex his tutus sit.

Vrbanorũ ædificiorum forma.

Domorũ tecta in Saxonia.

Quartus germanorum stat⁹ agricolarum est.

Eorum postremũ, qui in rure pagatim villatímq; habitant, quiq; illud colũt, & propter hoc rustici vel rurales appellantur, si credere velint, satis misera & dura conditio est: seorsum ab aliis quisq; cum familia & pecore suo humiliter viuit. Casę luto lignoq; è terra paululum eductæ, & stramine cõtectæ, domus. Panis cibari⁹, puls auenacea, aut decoctum legumen, cibis. Aqua serumve potus. Toga linea, perones duo & pileus fucat⁹, vestitus. Gens omni tempore inquieta, laboriosa, immũda. In vicinas ciuitates ad vendandum portat quicquid tam ex agro, quam ex pecore fruct⁹ percipit sibiq; ibi ediuerso comparat, quorumcunq; eget. Artifices enim secum habitãtes nullos aut paucos habet. In sacra ęde, quæ in singulis vicis communiter vna est, festo die an-

Agricolarũ misera conditio.

Quid diebus festis rustici agunt.

te meridiem omnes conueniunt, & a sacerdote suo dei verbum & sacra audiunt, post meridiem vero subtilia aut alio publico loco, de suis rebus tractant. Iuniores postea modulante tibicine choream ducunt, senes petunt cauponam & vina bibunt. Absque armis in apertum virorum nullus vadit, gladiis ad omnem temporis fortunam pręcincti. Viros singuli pagi inter se eligunt duos aut quatuor, quos rusticorum magistros appellăt, contentionum illi contra actuúmq; sequestres sunt, & reipublicæ dispensatores: administrare tamen non habent, sed domini, aut qui ab his eis præficiuntur barbaro nomine Sculteti. Dominis crebro per annũ seruiunt rus colunt, & semine conspargunt, fructus metunt, & horreis important, ligna secant, domos ædificăt, fossas effodiunt. Nihil est quod seruilis & misera gens ipsis debere nõ dicatur. Nihil etiam quod iussa facere absq; periculo recusare audet, delinquentes grauiter multatur. Sed nihil est genti durius, quam quod prædiorum quæ possidet, maior pars non sua sit, sed illorum, à quibus certa frugum parte quotannis redimere debet. Et tales hodie in vniuersum Germanorum mores sunt hi viuendi ritus.

Rusticorum magistri.

Sculteti, pagorum pręfecti.

¶De Saxonia, Saxorúmque priscis, & recentibus moribus.

CAPVT XIII.

SAxonia, Germaniæ particularis regio, ab occasu Viscera fluuio, aut vt alii volunt, Rheno terminata, ad aquilonem Dacos habet, & mare balteum: Francones ad meridiem, quibus Boioarii & Boemi obtenduntur: ad ortum pruteni: intra quos terminos quam multæ gentes diuersis nominibus hodie includantur, ex supradicta Germaniæ descriptione intelligi potest, quas omnes Saxonici iuris esse volunt. Terra à Saxonibus populis nomen accipit, quos quidă reliquias Macedonici exercitus, qui secutus magnum Alexădrum immatura ipsius morte per totum orbem sit dipersus, esse dixerunt. Quidam eos à Britannia quærendarum sedium causa nauigii digressos Germaniæ adnauigasse & propulsatis Thuringis eorum terră occupasse. Erat enim Saxonica gens ab initio inquie-

Saxonii limites.

Saxones vnde in Germaniam per uenerũt.

ta nimis finitimorum sedibus infesta, domi tamen pacata, & ciuium vtilitatibus placida benignitate consulens. Generis quoq; ac nobilitatis suę prouidissimã curam habens, nec facile villis aliarum gentium vel sibi inferiorum cõnubiis infecta, propriũ, syncerum, & tantum sui similem populum facere conata. vnde habitus quoq;, ac corporum magnitudo, comarũ color tanquã in tanto numero hominum idem pene omnibus. Quatuor in genere differentias habuit, Nobiliũ, liberorũ, libertorum atq; seruorũ. Et id legibus cautũ, erat, ne vlla pars suæ fortis oblita terminos in copulandis cõiugiis transgrediatur: Sed nobilis nobilẽ ducat vxorũ, & liber liberam, libertus coniugatur libertæ, & seruus ancillæ. quicunq; vero cõtra faciat, cum vitę suę id damno luat. Legibus ad malefactorum vindictã optimis vtebatur. Multa quoq; vtilia, & secundum naturæ legem honesta in morum probitate habere studuit, quæ ei ad verã beatitudinem promerandã suffecissent, si aliqualẽ creatoris sui dei optimi maxim. noticiam habuisset. Frondosis arboribus, fontibúsque venerationẽ exhibuit, & trunco lineo non paruę magnitudinis sub diuo erecto, quem patria lingua Irminsaul, latine vniuersalẽ colũnam dixit, quasi omnia sustinentẽ, Coluit etiam mercurium, cui certis diebus humanis hostiis litabat. Deos suos neq; templis includere, neq; humanę speciei assimulare pro diuinitatis magnitudine & dignitate licitũ arbitrata est. His lucos & nemora consecrauit, ab illorumq; nominibus dixit, secreta non nisi cum maxima reuerentia contemplatur. Auspicia & sortes gens illa quam maxime obseruat. Virgam frugiferę arbori decisam in surculos amputabat, eosq; notis quibusdam discretos super candidam vestẽ temere ac fortuito spargebat. Mox si publica consultatio fuit, sacerdos populi si priuata, ipse paterfamilias precatus deos cœlúmq; suspiciẽs ter singulos tulit, sublatisq; secundũ impressam antea notam interpretatus est: & si prohibuerunt, nulla de eadem re ipsa die consultatio erat. Si permissum est, euentuum adhuc fides exigebatur, Auium voces volatusq; interrogare, proprium gentis erat. Equorũ quoq; pręsagia ac monitus experiri, publice alebantur iisdem

differẽtię Saxonũ quatuor.

Leges q̃d Saxonũ.

Idolatriæ saxones dediti.

Mercuri' à Saxo, obseruat'

Auspicia & sortes.

Equorũ p̃sagia &

in nemoribus ac lucis candidi & nullo mortali opere contacti, quos pressos sacro cursu sacerdos vel rex princepsve ciuitatis comitabantur, atque hinnitus ac fremitus obseruabant, nec vlli auspicio maior fides adhibebatur, nõ solum apud plebem, sed apud proceres etiam atque sacerdotes, eos enim ministros deorum esse, & diuinorum consiliorum conscios credebant. Erat & alia auspiciorum obseruatio genti in vsu, qua grauium pellorum euentus explorabat: eius videlicet gentis cum qua bellandum fuit captiuum quenq; interceptum cõpellando cum electo popularium suorum decertare: victoria huius vel illius pro præiudicio accipiebatur. Carolus magn⁹ diutino bello gentẽ oĩ impietate abiecta, Christianam fidem assumere coegit, quã & hodie cum cæteris Germanis religiosissime obseruabat. Religio multis augustissimis & sumptuosissimis basillicis, templis, & cœnobiis clara: quod Alberstadio est beatę virgini sacrum, prophanis non patet, tantum initiari subeunt. Inducitur tamen vnus aliquis è populo cinericio die hominum opinione nequissimus: hunc velato capite, pulla veste sacris admouẽt: quibus rite peractis templo eiicitur eiectus toto ieiuniorum tempore nudis calcibus vrbem pererrat, diuorum templa visitabundus Sacerdotes illi victum suggerunt, mox in dominica cœna iterum templo inductus, post olei consecrationem ab vniuerso clero expiatus dimittitur eleemosyna pri⁹ accepta, quam pie offert templo, hunc Adam vulgo vocãt quia vt protoplastus ille oĩ vacet crimine, per eunque ciuitas creditur expiata. Est ager saxonicus rerum omnium præterquam vini ferax, argenti atque æris fossiones multas habet. Ad Gossariam & plærisque aliis locis salem ex fontium quorundam aquis albissimum coquunt, & vectigal ingens percipiunt. Hordeum & triticum serunt, & quibus non solum condidissimum panem efficiunt, sed etiam ob vini chariratem potum Ceruisiam, quæ adeo sitienter & immodeste ab ipsis bibitur, vt vbi in symposiis conuiuiisque pocillatores nec hyalis nec cantharis sat infundere possint, repletum mulctabile apponant, & scutella iniecta hortẽtur quemq; pro libito potare. dictu incredibile est, quãtum

monitus experiebantur. Saxones.

Alia auspiciorũ captatio.

Tẽplũ in Albersta

Mirand⁹ ritus.

Sal Saxonicum.

Ceruisia Saxonib. potus.

Saxonũ potãdi im modeſtia

huius liquoris in ſe immodeſtiſſima gens capiat quantum mutuo ad bibendum cogant & hortantur, non ſus, non taurus tantum ingurgitaret. Non ad ebrietatẽ atq; vomitum potaſſe ſufficit, ſed rurſus ad ſobrietatẽ, dies noctibus, noctes noctibus continuentes. Qui cunctos potando ſuperat, is non ſolum laudẽ & gloriam deportat, verumetiam pro quo contenderunt, ex bene olentibus herbis aut roſis ſertum, aut quid aliud in premium. Serpit ab illis eheu perditus mos fere in totã Germaniam, vt eo modo etiam iam fortiſſima vina bibantur, cum ineffabili malo. Hoſpiti vel alteri eum locũ, in quo bibitur, ſubeunti, potum quotquot habẽt, aſſurgunt, & porrecto poculo ad combibendũ officioſiſſime hortantur. Inimicus arbitratur qui ſæpius inuitatus, nõ prætenta cauſa cõpotare recuſat: cęde nonnunquã & multo ſanguine hoc dedec⁹ expiatur. Cibatu Saxones duro & inconcinno vtuntur, Lardũ, aridæ, hylę, cepę, crudę, butyrum ſalſum, & nondũ adhuc liquatũ peculiaris genti cibus. Dominicis diebus in plæriſque locis coquunt quo per hebdomadam veſcantur. Infantes non vt apud nos pulte, quæ farina & lacte concinnatur, nutriuntur, verum ſolidiori cibo, qui bene maſticatus à nutricibus ad deglutiendũ tenello ori immittitur: vnde Saxones tali cibo in tenera ætate aſſueti, & tolerãtiores redduntur, & validiores. Linguam peculiarem habent. Veſtitũ & cætera cum aliis Germanici ſanguinis indiſcreta.

Hoſpites excipiuntur potu.

Saxonię cibus.

Infantũ nutrimentum.

Lingua Saxonũ

De Vveſtulia, & iudicio Vveſtualis à Carolo commiſſo.

CAPVT XIIII.

Vveſtualiæ fines

Obnobii montes.

Amaſis fluuius.

Sala fluuius.

Veſtulia Saxoniæ limitibus incluſa. Rhemum ab occidente habet, Viſurgum, qui etiam Viſera dicitur ab oriente, à ſeptentrione Phryſiam & holandiam, meridiem Haſſiæ montes excipiunt, quos obnobios Ptolemeus appellare videtur, ex quibus ſane Amaſis fluuius oritur, qui padeburnam & monaſterium non ignobiles ciuitates mediam ferme prouinciam interſecat, & per Phriſiam defluens fertur in mare, Sala quoq; Druſi, qui Auguſti priuignus fuit, clade celebris hæc regio olim, vt Strabo ſcribit, à Bructeris inhabitata eſt. Alii à Sicambris di-

cunt. Hos populos Carolus Francorum Rex. qui Magni cognomen tulit bello victo primum ad Christianam fidem cõpulit: cæterum quum sæpius rebellarent, repetitoq; idolorum cultu Christi religionem spernerent: nec iusiurandum quouis modo aduerterẽt, vt metu pœnæ gentis temeritatem Carolus compesceret, occultos iudices instituit, quib⁹ potestatem dedit, vt quãprimum deierasse aliquem comperissent, aut fregisse fidem, aut aliquod aliud scelus perpetrasse, mox illum vbi primum comprehendi posset pro arbitrio necarent nulla citatione aut expurgatione præuia viros graues ac iustos elegit, qui plectere innocentes haud ab repossent. Terruit ea res Vuestualos, ac demum in fide continuit, quum sæpe in nemoribus & proceres & mediocres viri laqueo suspensi inuenirẽtur, nulla accusatione prius audita, quærentibus tamen causam, constabat fidem fregisse, aut magnum aliquod scelus commisisse. Id iudicium ad nostram vsque ætatem perdurat, vocaturque vetitum. Qui ei præsunt Scabini appellãtur, quibus tanta præsumptio est vt etiam per totam Germaniam iurisdictionem suam extendi velint. Secretos rit⁹ habent & arcana quædam instituta quibus malefactores iudicant, ea nondum quisquam repertus est, qui vel pretio vel metu reuelauerit, Ipsorum quoque Scabinorum maior pars occulta est, qui per prouincias discurrẽtes criminosos notant, & inferentes iudicio accusant, probantque vt eis mos est: damnati libro inscribuntur, & iunioribus Scabinis committitur executio. Rei ignari suæ damnationis, vbicunq; reperiuntur supplicio afficiuntur. Degenerauit autem hodie iudicium: nam & viles interdum personæ admittuntur, & ciuilia negotia tractare audent, quibus erat solum de criminalibus permissa potestas, Regio est admodum frigida, vini & frumenti inops: pane vescũtur nigro, ceruisia potus est, Vinum quod Rheno aduehitur magno emitur precio, eo tantum opulenti & raro tamen vtuntur: bellicosi indigenæ atq; ingeniosi: vnde inoleuit prouerbium, Vuestualiam vitiosos ac fallaces homines potius gignere, quam stultos, præsuli Coloniensi parent.

Occulti iudices à Carolo instituti

Iudicium vetitum siue occultum.

Regionis vuestualiæ conditio.

De Franconia, & Francorum multis ritibus. CAPVT XV.

Franconię extremitates.

FRanconia siue Francia orientalis Germanię pars, & fere meditulium, à Sicābris, quibus Valentiniani Cæsaris tempore ob Halanos deuictos Francorum nomen contigit appellata. Sueuiam & Baioariam à meridie habet, Rhenus illi occiduus est, ab ortu Boemi accolunt, Hassi & Thuringi Saxoniæ populi à septētrione. Regio latis, ac densissimis syluis, asperisq; montibus clausa, difficulter adiri potest: intus plana est innumeris turritis oppidis, castris & pagis exculta. Sylua quæ Hercynia dicitur æditissimis iugis per circuitum obfirmans eam veluti natiuo muro ambit. Moganus nauigabile flumē, Sala, & Thuberus Neccharus etiam prelabuntur. Valles in quibus decurrunt amplæ & profundæ sunt, earúmq; vtraque latera vitibus consita, vinum producunt, quod ob sui præstantiam ad remotissimas gentes transportatur. Terra præterquam ea pars quę Norica hodie vocatur, atq; vbi fluminib9 vicinior est, arenosa nimium nō est, vt Aeneas Syluius scriptum reliquit, nec nimium etiam silicosa. Fertilis omnis est, hordeum, triticum, & omne frumentum legumenque satum multo cum fęnore reddit. Nulla Germanię prouincia plures & maiores cepas gignit, nulla grandiora rapa, & caulis capita. Adde glycerhisam radicem melleam, quæ in Babenburgēsi agro tanta copia effoditur, vt ingentes currus ea onerari vidias. Est etiā vndecunq; terra cultissimis pomariis & pratis amæna. Hominib9 omnigenisq; pecoribus abundans, Est piscatio propter fluuiorum copiam multa. Maior tamē venatio, feræ in nemoribus à principibus fouentur, aperta stabula hæc plurima habent in quibus hyemis tempore pabulum & interdum sal accipiunt, seq; à cœli inclemētia tutantur: eas captare aut salem persequi priuatorum nemini concessum. Principes quibus Franconia subiecta est quinq; sunt. Burg. grauius Nornbergensis, comes Palatinus Rheni duo seculares: Babenbergensis Herbipolensis, Maguntinensis tres ecclesiastici. Herbipolensis terre ducatum habet, quare dum sacris operatur in altari denudatum gladium habet atque vexillum, is die quo

Hercynia sylua, Franconiā claudit.

Vinū Frāconicum.

Fertilitas Frāconię.

Liquiricia glycerhisa.

Frāconię prīcipes.

Episcop9 Herbipolensis. Frāconię dux

Metropolim primũ cathedramque episcopalem possidere intendit, pro more ciuitatem ipsam ingẽti ac exquisitissimo equitatu accedit, in quã admiss', intra portas de equo descẽdit, & paludamento omni abiecto griseam & vilem tunicam induit, funeq; præcingit, atque in ea palmis & capite nudus humiliter in basilicam ad patres concanonicos ascendit, quibus fidelitate promissa in cathedra sublimatur: ducitur tamẽ prius ad episcopi cuiusdã statuã, ibique serio admonetur, vt talẽ agere velit, qualis illi fuerit, qui ex humili & abiecto scholasticulo per discordiã contẽptumq, electus ecclesię statũ optime administrauit. Huic cathedrę nullus ex Ducibus aut etiã Comitibus progenitus pręficitur, sed qui ex inferiori nobilium ordine sint. Nõ quod principẽ sustentaris non possit, quũ opulenta & potãs satis existat, verum vt Episcopatus apud eos permaneat ex quibus maior Canonicorũ pars constet. Est etiã Herbipolensis ecclesiæ præpositura insignis, quã quoties nouus possessor intrat, debet ille in multis per regionẽ pagis, ob decimam, quã in his habet, referta vino ingẽtia dolia in publicũ statuere, & scutellas aliquot imponere, ex quibus quicunq, velit bibere possit. Franconiæ gẽs a cæteris Germanis & habitu & corpore nihil differt: laboris patiẽtissima est: in vineis colendis tam viri quã mulieres exercentur: nemini otium datur Vinum quod inde percipit ob domesticam egestatem vulgo vendit, ipsa aquã bibit, Ceruisiam contemnit, nec facile ad se deferri permittit. In Herbipile ieiuniorum tantummodo tempore, & extra ciuitatem in naualibus hęc venditur, vt hi, qui tum se à vino abstinent, eam aquæ loco habeant. Insolens gens est, superbaque, multum sibi arrogans, multum præsumens, alias nationes contemnit: caullisque adeo plærumque prosequitur, vt qui cum ea morantur, nisi lingua prodat, patriam suam non dicant. Eos qui hæc patienter ferunt facile secum commorari patitur, & veluti per hoc approbatos coniugiis admittit, vnde multi Sueui, multi Bauari, Hassique in Franconia habitãt Ad Dei insuper cultum propensa est, duo tamen non mediocria vicia sunt, quibus plus satis hodie gens illa

Episcopatũ herbip. q̃s administret.

Prepositura herbipolensis

Frãconia ceteris germanis nihil differunt.

Ceruisia cotemnitur a Franconibus

In Franconia multi aduenæ.

indulget, blasphemia videlicet & latrocinium, illud decorum, hoc honestum reputans, & sibi ex longo vsu licitum Multos mirandos ritus obseruat, quos ideo referre volo, ne quæ de externis scribuntur inanes fabulę ęstimentur. In trium quintarum feriarnm noctibus, quæ proxime domini nostri natalem præcedunt, vtriusque sexus pueri domesticatim eunt ianuas pulsitantesq;, cãtantesque futurum saluatoris exortum: annunciant & salubrem annum: vnde ab his qui in ædibus sunt pyra poma nuces & nummos etiam percipiunt. Quo Christi Iesu natalem gaudio in templis non clerus solũ sed omnis populus excipiat: ex hoc attẽdi potest quod puerili statuncula in altare collocata, quæ nuper ęditũ repræsentet, iuuenescum puellis per circuitum tripudiãtes choreas agant, seniores cantent more haud multũ ab eo quidam diuerso, quo Corybantes olim in Ideæ montis antro circa Iouem vagiantem exultasse fabulãtur. Kalẽdis Ianuariis, quo tempore & annus & omnis computatio nostra inchoatur, cognatus cognatum, amicus amicum accedunt&, consertis manib⁹ inuicem in nouum annum prosperitatem imprecantur, diémque illum festiua congratulatione & cõpotatione deducunt. Tunc etiam ex auita cõsuetudine vltro citroque munera mittuntur: quæ à Saturnalibus quę eo tempore celebrabantur à Romanis Saturnalitia Græcis Apophoreta dicta sunt. Hanc morem anno superiori ego ita versificaui. Christe patris verbum &c.

Mos in quintis feriis ante Christi natalem

Mos in Christi natali.

Corybãtes circa Iouem.

Natalemque tuum celebrantes octo diebus
  Concinimus laudem, perpetuumque decus:
Atque tuo exemplo moniti munuscula notis
  Aut capum pinguem mittimus, aut leporem,
Aut his liba damus signis & imagine pressa,
  Mittimus aut Calathis aurea malo decem,
Aurea mala decem buxo cristata virenti,
  Et variis caris rebus aromaticis.

In epiphania domini domesticatim rex eligit

In Epiphania domini singulę familiæ ex melle farina addito zinzibere & pipire libum cõficiunt & regem sibi legunt, hoc modo: Libum mater familias facit, cui absque consideratione inter subigendum denarum vnum immittit, postea amoto igne supra calidum fo-

cum illud torret, tostum in tot partes frangit, quot homines familia habet: demum distribuit, cuique partem vnam tribuens. Adsignantur etiam Christo, beatęque virgini & tribus Magis suę partes, quæ loco eleemosynæ elargiuntur, In cuius autem portione denarius repertus fuerit, hic rex ab omnibus salutatus, in sedem locatur, & ter in altum cum iubilo eleuatur, ipse in dextra cretum habet, qua toties signum Crucis supra in triclinii laquearijs delimat, quæ Cruces quod obstare plurimis malis credantur, in multa obseruatione habentur. Duodecim illis noctibus quæ Christi natalem Epiphaniãque intercurrunt, nulla fere per Frãconiam domus est quæ saltem inhabitetur, quæ thure aut aliqua alia redolenti materia aduersus dęmonum incantatricumque insidias non subfumigetur. Quo itẽ modo tres prę cedentes quadragesimale ieiunium dies peragat, dicere opus non erit, si cognoscatur, qua populari, qua spontanea insania cætera Germania à qua & Franconia minime desciscit, tũc viuat. Comedit enim & bibit, seq; ludo iocoq; omnimodo adeo dedit, quasi vsui nunquã veniant, quasi cras moritura hodie prius omnium rerũ satietatem capere velit, Noui aliquid spectaculi quisq; excogitat, quo mentes & oculos oĩm delectet admiratione que detineat, atque ne pudor obstet, qui se ludicro illi committunt facies laruis obducunt, sexum & ætatem mẽtientes, viri mulierum vestimenta, mulieres virorum induunt. Quidam satyros aut malos dæmones reprę sentare volentes, miniose aut atramento tingunt habituque nefando deturbant: alii nudi discurrentes Lupercos agunt, à quibus ego annum istum delirandi morem ad nos defluxisse exstimo. Non enim multum diuersus est à Lupercalibus sacris, quæ Liceo Pani in mense Februario olim à nobilissimis Romanorum iuuenibus celebrabantur, qui nudi, faciesque sanguine fœdati per vrbem vagantes obuios loris cędebant, quos nostri saccis cinere refertis percutiunt. In die cinerum mirum est quod in plerisque locis agitur, virgines quotquot per annum choream frequentauerunt, à iuuenibus congregantur, & aratro pro equis aduectę, cum tibicine, qui super illud modulans sedet,

Quomodo rex eligatur.

Aedes sub fumigantur.

Carnis priuii dies.

Germani annuatim insaniunt

Lupercalia.

Mos in cinerũ die.

in fluuium aut lacum trahuntur:id quare fiat non plane video,nisi cogitem eas per hoc expiare velle, quod festis diebus contra ecclesiæ præceptum à leuitate sua non abstinuerint,In medio quadragesimę,quo quidem tempore ad letitiam nos ecclesia adhortatur.Iuuentus in patria mea ex stramine imaginẽ cõtexit quę mortẽ ipsam(quemadmodũ depingitur) imitetur: inde hasta suspensam in vicinos pagos vociferans portat. Ab aliquibus per humane suscipit & lacte pisis ficcatisq; pyris quibus tum vulgo vesci solemus refecta domum remittitur:á cæteris quia malæ rei,vtputa mortis,pręnũcia sit humanitatis nihil percipit,sed armis & ignominia etiã adfecta à finibus repellitur.Eodẽ tẽpore & talis mos obseruatur:intexitur stramine vetus vna lignea rota,atque a magno iuuenum cœtu in æditiorem montem gestata post varios lusus,quos in illius vertice illi toto die,nisi frigus impediat,celebrant: circiter vesperam incenditur.& ita flammans in subiectam vallẽ ab alto roratur,stupendum certe spectaculum pręber, vt pleriq; qui prius non viderint Solem putent aut lunam cœlo decidere.In paschate vulgo placentę pinsuntur, quarum vna interdum duæ, adolescentibus vna, puellis altera a ditiori aliquo proponuntur, pro quibus in prato,vbi ante noctẽ ingens hominum concursus fit, quinque agiles pedestres currant.Ad parrochialium tẽplorum dedicationes,quæ Christiano instituto quotãnis festiuo gaudio & commessatione a totis pagis peraguntur,adolescentes ex aliis locis nõ templa,sed choreas visitaturi cum armis & tympano,veluti ad pugnã, quã & sæpius aut inueniũt,aut suscitant,turmatim eũt redeuntque capitibus ob id multoties cruentantib.Tribus illis diebus,quibus apostolico instituto maiores letaniæ passim per totum orbẽ peraguntur in plurimis Franconiæ locis multi cruces(sic enim dicunt parrochianos cœtus quibus tum sanctę crucis vexillum pręferri solet)conueniunt. In sacrisq; ędibus non simul & vnam melodiam,sed singulæ singulam per choros separatim canunt:& puellę & adolescentes mũdiori quiq; habitu amicti frondentib⁹ sertis caput coronati omneis, & Scipionibus salignis instructi,Stant sacrarum

Mos ĩ medio quadragesimæ.

In pascha ritus

In ecclesiarũ dedicatiõibus ritus.

Ritus in maiorib⁹ supplicationibus.

ædium sacerdotes, diligẽter singularũ cantus attentes, & quancũq; suauius cãtare cognoscũt, illi ex veteri more aliquot vini cõchos dari adiudicãt. Pentecostes tẽpore vbiq; fere hoc agitur: conueniũt quicunq; equos habẽt, aut mutuare possunt, & cũ dominico corpore qđ sacerdotũ vnus etiam equo insidens collo in bursa suspensum defert, totius agri sui limites obequitant cantantes supplicãtésq; vt segetes deus ab omni cœli iniuria & calamitate cõseruare velit. In die sancti Vrbani vinitores in foro aut alio publico loco mẽsam, mappis fronde, locãt & plurimis redolentib⁹ herbis instruũt, desuper statunculã beati pontificis statuentes, q̃ si dies serena, est largo vino coronãt, & oĩ honore prosequũtur, si vero pluuialis id nõ solũ nõ faciũt, sed luto proiiciunt, & aqua immodica perfundunt, persuasum enim habent, illius diei tempestate auspicioq; vinũ tunc florescant & augmẽtari & diminui. In nocte sancti Ioãnis baptistæ in oĩbus fere per germaniã vicis & oppidis publici ignes parant, ad quem vtrisq; sexus iuuenes & senes conuenientes choreas cũ cantu agunt, multas etiã superstitiones obseruant. Artemisia & verbena coronati in manib⁹ flores, qui a similitudine calaris militaria calcaria dicũtur gestantes, ignem, nisi per eos, non aspiciũt, oculos id per totũ annum a languoribus conseruare credũt. Qui abire intendit ille herbas, quibus, vt dixi, præcinctus fuit, igni iniicit, dicẽs, abeat & comburatur cum his omne infortunium meum. Ante arcẽ in monte, qui vrbi Herbipoli supereminet ab episcopi aulicis. etiam ignis fit cui orbiculi quidẽ lignei perforati imponunt, qui inflãmãtur cũ flexilibus virgis prefixi, arte & vi in aerẽ supra Moganũ amnẽ excutiuntur: Draconẽ igneum volare putant, qui prius non viderũt. Fiunt eodẽ tempore figulino opere ollæ quædam, ita multis foraminib⁹ discissę perforateq;, vt partes vix sibi cohærcãt, puellæ illas emũt, & purpurearũ rosarũ foliis obductus imposito lumine ex domorum culminibus pro lucerna suspendunt. Tunc tẽporis adolescentes pagis totas pinus inferunt: quarũ inferiorib⁹ ramis ablectis, superiores speculis, vitris, sertis, bractiolisq; splendicandibus exornant, arborem terre infixam

Bentecostes tẽpore ritus.

Ritus in die sancti Vrbani.

In vigilia scti Ioãnis ritus varii.

Ollę cum luminib⁹ suspendũtur.

Arbores frondẽtes pagis in vehũtur.

Vidēmiā di ritus. per totam æstatem ita stare sinunt. Autumni tempore cum vuæ iam maturæ sunt, non antea vindimiare cuiquam cōcessum, quam domini quibus decima debetur hoc permiserint: non enim ille hodie, cras alter legit, sed quotquot in vno colle vina habent, vno vel duobus diebus omnes omnia abcerpūt, indicitur hodie in illo, cras in altero legendū, decimæ in vallibus sub vineis excipiuntur, qui tardius, quam iussum est, vindimiare volunt non solū cum licentia facere debent, sed etiam suis expēsis decimam in domini torcular inferre, Herbipoli cuique vindimiati ab exhibitam credo in decimando infidelitatem iuuenis addicitur qui diligenter notet, & iubeat etiā, vt quodq; decimū vas lectum absque fraude domino suo tribuatur. Finita vindemia hi pueri omnes in campo cōuenientes singuli se de stramine, quod ad hoc aduectū est vna aut duabus facibus armant, quibus sub noctem incensis cantantes ciuitatē ingredientur. Hoc more autumnum se expurgare atq; exurere dicunt. Martini & Nicolai sanctorum præsulum vtrorumq; dies miro gaudio, mira festiuitate Franconiæ gens colit, diuersimode tamen, in sacris ædibus & altari hęc, illa in mensa & popinis. Nemo per totam regionem tanta paupertate tenacitata pręmitur, nemo tanta tenetur, qui in festo sancti Martini nō altili aliquo, vel saltem suillo vitulinove viscere assato vescatur qui vino non remissus indulgeat. Quilibet enim tunc noua vina sua, à quibus se adhuc vsq; abstinuit, degustat & dat degustare omnia. Erogātur in Herbipoli & plerisq; locis hac etiam die pauperibus ex pietate vina Spectacula publica eduntur, duo aut plures frendentes apri circo includuntur: vt mutuo se exertis dentibus vi sceratim dicessent, quorum carnes vbi vulnerati conciderint partim plebi partim potestatibus diuidūtur. In die vero sancti Nicolai adolescētes qui disciplinarum gratia scolas frequentant, inter se tres eligunt vnum, qui episcopum: duos qui diaconos agant: is ipsa die in sacram ædem solenniter à scolastico cœtu introductus diuinis officiis infulatus præsidet: quibus finitis, electis domesticatim cantando nummos colligit, eleemosynam esse negant, sed episcopi subsidiū. vigiliam diei

In festis sanctorū Martini & Nicolai ritus

In festo sancti Martini.

In die sācti Nicolai.

pueri à parentibus ieiunare eo modo inuitantur, quod persuasum habeant, ea munuscula quæ noctu ipsis in calceos sub mensem ad hoc locatos imponuntur, se à largissimo præsule Nicolao percipere. vnde tanto desyderio pleriq; ieiunant, vt quia eorum sanitati timeatur, ad cibum compellendi sint. Et tales hodie Francorum famosi mores sunt, tales anui ritus.

Pueri ieiunant.

¶ De Sueuia, Sueuorúmq; moribus & priscis & recentibus.

CAPVT XVI.

SVeuia Germaniæ prouincia ætate nostra istis finibus describitur, ab oriẽte Baioariis, ab occasu Alsatensibus & Rheno iungitur, Alpium iuga à meridiæ habet, à septentrione Franconiam. A Sueuis Populis dicta ex ea. Scythiæ partæ quæ hodie Liuonia & Prussia est digressi, ibi consederunt authore Antonio Sabellico, & confirmare istud Lucanus videtur inquiens Fundit extremo flauos aquilone Sueuos. Alemannia prius nominata fuit à lacu Lemanno, qui & Lausananlis vocatur. Suprema portio totius Germaniæ Sueuia est: duobus clarissimis fluminibus Rheno & Danubio irrigatur: quorum alter modico fluxu in occidentem oceano miscetur. Hic ediuerso in orientem per innumeras gentes volũtatus pontum influit. Terra partim plana, partim montosa. Ager fertilis cuius nulla pars inculta iacet, præter quam aut lacus, aut montes vel sylue occupant. Nemora in ea multa, & ob id genti venatio frequens. aucupium peculiare, frumentorum abũdantia, pecorum magna vis Conualles plurimæ perennibus riuis clarissimæ vndiq; amnes præcurrunt, qui se vniuersi Rhenum & Danubium exonerent. Tota insuper prouincia salubritate gaudens, celebratissimis vrbib⁹, vicis & castellis referta, Arces excelsæ natura & arte munitæ, & quod ad Christianam religionem pertinet pulcherrimis atq; ditissimis templis, collegiis, monasteriis variorum ordinum sexus vtriusque basilicis, parrochialibúsque ecclesiis est exornata. Circa montes ferrum, argentum, & metalla procreat. Gens populosa, procera corpore flauo crine.

Sueuiæ fines.

Sueui vnde in germaniã venerunt,

Sueuia olim Almãnia.

Sueuia cõditio.

Laudes Sueuiæ.

Præstantissi. Germanorũ Sueui.

venusta facie,& decora,ingenio singulari prędita: pręstantissima Germanorum à Plutharcho dicta. Cuius gloria eo vsque creuisse memoratur, vt virtute & armis Imperiorum orbis meruerit,illudque vltra vnius sęculi spacium magnificentissime tenuit. Sed viduata postea suis principibus, nescio qua fortunæ iniquitate dicam aut ignauia mox substinuit, quasi non extet,qua famã suam extendere,aut quod minus est tueri possit. Cuius Iulius Cęsar in quarto commentariorũ de hac ita scribit. Sueuorũ gens longe maxima ac bellicosissima Germanorum omnium centum pagos habere dicuntur, ex quibus quotannis singula milia armatorum bellandi causa è finibus educuntur, reliqui, qui domi remensérint se atque illos allunt. Hi rursus inuicem anno post in armis sunt, illi domi remanent: sic nec agricultura, neque ratio, atque vsus belli intermittitur, sed priuati ac separati agri apud eos nihil est: Neque longius anno remanere vno in loco incolendi causa licet. Nõ frumento solum,sed vulgo lacte & pecore viuunt, multũque sunt in veneratione, qui res & cibi genere & quotidiana exercitatione & libertate vitæ (quod à pueris nullo officio aut disciplina consuefacti nihil omnino cõtra voluntatem faciant) & vires alit & immani corpore homines efficit: atque in eam se consuetudinem adduxerunt,vt sub cœlo frigidissimo habitantes neque vestem vllam præter pelles habeant, quarum propter exiguitatem,maior corporis pars nuda & aperta est. Lauantur in fluminibus. Mercatoribus est ad eos aditus magis, eo quod quæ bello cœperunt vendant,quam vt aliquam rem ad se deferri desyderant: quinetiam iumentis,quibus Galli maxime delectantur, quęque impenso parant precio, Germani vtuntur, sed quæ apud eos sunt & natura parua, & deformia hæc quotidiana exercitatione summi vt sint laboris efficiũt. Equestribus præliis sæpe de equis desiliunt, ac pedites præliatur: & eos eodem vestigio remanere edoctos vbi vsus est,celeriter repetunt. Neque moribus suis quicquam inhonestius aut inertius putant, quam ephippiis vti, Itaque ad quamuis ephippiatorum equitum numerum (quamuis paucis) adire rudent. Vinum ad se importari

Aliq Sueuorũ mores.

Centum Sueuorũ pagi.

Vestitus Sueuorũ ex pecore

Victus Sueuorũ pelles erant.

Ephippiis non sunt vsi Germani

omnino non sinunt, quòd ea re ad laborem ferendum remolescere homines atq; effœminari arbitrentur. Publicæ esse laudis putant quàm latissime á suis finib⁹ vacare agros: hac re significari magnũ ciuitatum numerum suam vim sustinere non posse: propter quod vna parte à Sueuis circiter mille sexcentorum passuum agri vacare dicũtur. Cornelius Tacitus vbi de Germaniæ situ & gentis morib⁹ scribit, de Sueuis ita refert: Maiorem, inquiens Germani partem propriis adhuc nationibus nominibúsq; discreti sunt, quanquam in cõmuni Sueui vocentur. Insigne (inquit) gentis est obligare crinem nodoq; substingere: sic Sueuia à ceteris Germanis sic Sueuorũ ingenui à seruis separantur: apud eos vsq; ad caniciem horrentem capillũ retro sequũtur, ac sæpe in ipso vertice religant, principes ornatiorem habent. Statuto tempore in syluã auguriis patrũ & prisca formidine sacram omnes eiusdem sanguinis populi legationib⁹ coeunt, cæloq; publicæ homine celebrãt, barbari certe rit⁹, horrendáq; primordia Est & alia luco reuerentia. Nemo nisi vinculo ligatus ingreditur, vt minor, & numinis potestatem præ se ferens: si forte prolapsus attollit & insurgere haud licitũ per humũ euoluuntur, eoq; omnis superstitio respicit, tanquam inde initia gentis, vbi regnator omniũ deus, cætera subiecta atq; parentia. Pars quoq; Sueuorũ, vt idem Corneli⁹ habet, Isidi sacrificat. peculiaria cætera Germanis & ipsis sunt cõmunia. Verũ enimuero non solum apud Sueuos sed & apud oẽs fere gentes mutati sunt mores, & quod dolendũ plurimũ est, fere in peius. Nã hodie potentiores Sueuorũ fere oẽs mercaturę vacãt, societatẽ siue cõfederationẽ vnã multi ineunt, ac certã pecuniæ summã quisq; ponit, qua non solũ aromata, serica, atque alias preciosas merces, quæ ad nos a trãsmarinis & remotissimis regionibus transuehũtur, emunt, sed vilia etiã vt coclearia sunt, acus, specilla, pupæ, & huiusmodi, peremũt etiã vina & frumenta, quod ego tamen nõ laudo: quũ id non minus opificib⁹ & agricolis graue damnosumq; sit (qui sua ante tẽpus gryphonib⁹ istis ne poti⁹ dicã vel mercatoribus vendũt quę postmodũ necessitate cogẽte duplo ære redimere ab ipsis debent) quã toti

Vinũ ad se impor tari nõ pa tiebantur Sueui.

Germani cõi noĩe Sueni ap pellati.

Crinẽ no do sub stringe bãt Sueui

Sacrificã di ritus.

Supstitio gẽtis ad miranda. Isidi sacri ficabant.

Recẽtio res Sueuo rũ mores.

Merca tores Sue uorum

germanicæ reip. damnosi. prouinciæ, quæ, quibuscunq; indiget, non apud vicinas gentes, à quibus minori precio habere possit accipere debet, (si enim à corruptis munere principib⁹ impetratum) sed ab illis in Stutgardia, aut alias vbi emptoria habẽt Ipsi tamen per se non negotiantur, sed cõmunibus seruitiis, qui contractam rursus pecuniam vna cum lucro congregantes certo tempore rationem ponunt, singulisq; domorum lucri partẽ fideliter præbent. Priuati Sueuorum nulla alia re, nullo artificio magis occupantur, quàm lini operatione, cui adeo incumbũt, adeo dediti sunt, vt in quibusdã Sueuiæ locis, nedum mulieres & puellæ, sed adolescentes & viri hyemis tempore colo admouentur. Panni genus faciunt cuius tela linea est intextum bombycinum. Pargath illud vocãtes: iaciunt & totum lineum, quod Golsch appellant. Compertũ habeo, apud Vlmenses solum quotannis vtriusq; generis pannos parari centum milia, ex quo quisq; cõiecturare potest quam incomprehensibilis incredibilisq; summa in tota regione elaboretur. Ad remotissimas nationes isti panni transuehuntur, & maxime bis in anno ad Emporium Franconafordense: vbi quã ingens vectigal Sueuicæ nationi accidit. Prẹterea quoniã bonis mala cõmixta semper sunt, & nulla ex omni parte erecta, sunt Sueui in venerem supramodũ proni fœmineus sexus virili ad malũ facile consentiens, immature vterq; præuaricatur, sero resipiscit. Ego huic vitio maxime suffragari existimo, quod quemadmodum in aliis Germanię prouinciis, ecclesiastica censura, publici illi fornicarii, adulteri, raptores minus insectentur. Prouerbium ortum, vnam Sueuiam latæ Germanię satis meretricum transfundere: quemadmodum Franconiam copiam dare raptorum & mendicantium, Boemiam hæreticorum, Baioariam furum, Heluetiam carnificum, & lenonum, Saxoniam potatorũ, Frisiam atq; Vuestualiam periurorum, Rhemum gulonum.

Oĩs Sueuiali in lino operatur.

Sueui in venerem proni.

Prouerbium quo Germanorũ mores notãt.

¶ De Bauaria & Charinthia, & earum priscis legibus, moribúsq; quibus hodie viuunt.

CAPVT XVIII.

Noricũ.

BAuaria Germanię prouincia ab Auarib⁹ Hunorũ reliquiis, qui noricis expulsis, in ea terra cõsedere,

adiecta B litera appellatur Baioaria etiam à Boiis Cisalpinæ Galliç populis hoc loci aliquando moratis dicitur, Noricum olim fuit. Hungariam ab oriẽte habet, ab occidente Sueuiam, à meridie Italiam, à septentrione Franconiam atque Boemiam. Danubio insigni fluuio ex Sueuia profluente irrigatur. Austriam, Stiriã & Corinthiam in se comprehendit: quod idem fere homines, iisdem morib9 & lingua vtuntur, Noricis præterea finibus quondam contenti erant. Beatus Lucius Britanniæ rex primum, deinde sanctus Rubertus, vltimo Bonifacius Moguntinus Archiepiscopus Christianam pietatem edocuit. In quatuor Episcopatus Bauaria diuiditur Saltzburgensem, Pataujensem, Phrisingensem, Rhatiponensem. Nulla Germaniæ prouincia pluribus cultioribus vrbibus illustratur. Saltzburga, quç Iuuania fuisse creditur, Metropolis est, Monachium ducalis sedes hodie, olim Schiren fuit. Hçc terra priusquã in prouinciam redigeretur à proprio rege Arnolphi Imperatoris vsq; tempora administrata est: cum vt Parthia suũ arsacem & Aegyptus Ptolomæum, ipsa Canannũ nominauit, deinde duces habere cœpit, hodiéque tenet, Qui ex vna illustri Agilolfingorum familia diu eligebantur omnes. Gentis mores viuendiq; instituta ex legibus, quas orthodoxa fide recẽs suscepta habuere, cognosci possunt tales fuere, vt liberæ conditionis homo chirographo & sex testibus, quorum nomina, & manus suas imponat, confirmet, si villas, terram, mancipia, pecuniam, aut quid aliud ecclesiæ donauerit, schedã prçsente sacerdote altari superponat. Nec ipsi, nec posteris illius potestas eius rei sit vlterius, nisi ecclesia permittat. Apud Eposcopum defendatur quicquid ecclesiç dei datum fuerit, Dei iudicium & sanctæ ecclesiæ offensam incurrat, restituereq; cogatur aut à rege aut à principe: quicunq; ecclesiæ aut eius rebus iniurius fuerit, vncias auri tres pro multa persoluat. Negans ante altare populo sacerdotéq; prçsentibus secundũ pecuniæ summam iuret. Qui seruum ancillamue ad fugiẽdum persuaserit, reuocet, & alium interea pignoris loco sistat, olidis quindecim componat. Seruo occulte ecclesiç res concremãti manus amputetur ac oculi eruãtur, ne tale

Bauariæ limites.

Bauariæ laus ab vrbibus.

Cacãnus Bauarorũ rex.

Ecclesiæ libertas.

De incendiariis ecclesiarũ.

quid de cętero perpetrare videat dominus vero eius restituat, quicquid incendio consumptũ fuerit. Liber homo ex integro omnia restauraret, & ob temeritatẽ solidis .lx. componat negans. xxiiii. sacramentalibus nominatis ante altare coram ecclesiæ defensore, digitis super euangelii librum positis iuret. Reo ad ecclesiam confugienti securitas esto nec domino phas, seruũ inde abstrahere, aut quouis modo lædere: qui contrafecerit, iudice cogẽte componate ecclesiæ .xl. solidis. Qui in minoribus ordinibus constituto noxius fuerit dupliciter componat, quo parentes cõponuntur. In maioribus constituto tripliciter. Presbiterũ autem si quis occiderit .ccc. auro appreciatis solidis. Diaconum .cc. ecclesiæ in qua ministrabat: & si pecuniam habuerit nullam seipsam vxorem, liberos seruitio eoúsq; mancipabit, donec statura pecunia redimat. In episcopum sæuiat nemo: etiam si cui molestus fuerit: sed coram rege, duce, aut plebe conueniatur super homicidio, fornicatione, consensúq; hostili. Si inimicos prouincię introduxerit. si perdere, quos saluare debuerat voluerit, deponantur, aut in exilium relegetur. Qui sanctimonia ex monasterio abductam contra ecclesiasticam lege sibi matrimonio coniunxerit restituat. Episcopus ducis auxilio eam velit nolit monasterio rursus intrudat, ipsum vero ante se emendare cõpellant aut prouincia eiiciant. Presbyteris & diaconibus extraneã apud se in domo mulierem habere nõ liceat, ne consuetudine deprecatus polluatur, indigne deo offerens, & populus ob id plagam sustineat, Sacerdotum ac aliorũ clericorũ causę ab episcopis solum secundum canones iudicentur. Coloni & serui ecclesiæ secundum quod quisq; habet, tributa decimásq; persoluant, de modiis decem vnum, de patticis decem vnam, de decẽ fascibus vnum de decem apũ vasis vnum, pulli quatuor oua quindecim tribuant, ligna, lapides, calcẽ ad sacrarũ ædium structurã aduehãt, vltra vires tamẽ degrauetur nemo. Qui regionis duci insidias struet, aut hostes prouinciæ inuitauerit, aut ciuitatem aliquam prodiderit, tribus testibus conuictus, in ducis potestate sit, bona eius cõfiscentur, Verũ per inuidiam ne quisquam pereat, cum vno de se testãte duello

Ad ecclesiam qui confugerit.

De clericorũ percussorib⁹. Episcopi causæ.

Decimæ quomõ dandæ.

De duce & eius causis.

confligens, si vicerit absolutus abscedat. Si ducem aliquis suum interfecerit, interficiatur & ipse, ac res eius cõfiscentur in publico in sempiternum. Seditionem aduersus ducem mouens, duci sexcẽtis, cæteri factiosi. cc. solidis componant. In hostium cum educitur exercitus propter scorta aut casas non rixetur, nec etiam propter pabula vel ligna tollat quisq; quantis indigeat tollentem nemo prohibeat. secus faciens vel disciplinæ hostili subiaceat, vel coram comite suo verbera quinquaginta sumat. Comiti in comitatu suo ne hostibus absq; ducis iussione damna inferantur cura sit, ipse persoluat, si sua negligentia peccatum fuerit. Liber si damnum intulerit, quadraginta solidis multetur, æqualiáq; omnia restituat. Seruus capite plectetur, dominus illius ne talia perpetraret, quia nõ prohibuit pro ipso restituat. Aliquid in exercitu surripiens criminis cõuictus seruus, manibus mutiletur, nihilosecius dominus eius restituere compellatur. Liber ad rei restitutioné solidis. xl. cõponat. Si quisquam aut à rege aut duce iussus aliqué interfecerit, defendat eum & liberos eius rex siue dux cui obediuit. Et si is morietur, alius qui succedet tutelã ipsius assumat. Si dux contumax & rebellis decreta regis cõtempserit, ducatu priuetur, séq; æternæ salutis spe omni frustratum sciat. Si ducis stultus & arrogãs filius, patrem adhuc iudicio præsidere exercitum ducare, equum ascendere, arma gestare potentem: qui necdum surdus neq; secus est, qui regis mandatum strenue exequi valet: malignorum concilio principatu deturbare nititur, exhæredetur, aut si libet, in exilium perpetuũ ablegetur, quia contra legem in patré peccauerit. Qui temeritate aut ebrietate in ducis aula scandalũ, suscitauerit, quicquid mali sequetur, legem cõponat, solidis quadraginta plectetur, seruus manum perdat. In ducis aula qui temere aliquid iacere conspexerit, surripiens, vbi nocte vna celarit, furti alligetur, in publico solidis quindecim componat, quod domus ducis domus publica censeatur. Imperium ducis detrectans quindecim soludis mulctetur: & quicquid facere iussus fuerat adhuc perficiat, vt placita omni quintodecimo die in Comitatibus regionis omnibus peragantur. Liberi

Seditiosorũ pœna.

Leges castrenses.

Ducis causæ.

Filius patri insidiatus.

Quo tẽpe placitãdã

omnes conueniant:qui neglexerit, solidis quindecim multetur. Iudex vt iuste iudicet librũ penes se legis habeat, ex eo causa omnis componatur. Neq; personã neque munera respectet iudex, sed de compositioni dum recte iudicarit, partẽ nonam accipiat. Sin perperam duplo, quicquid lata sententia abstulerit exoluat: insuper solidis quadraginta multetur. Dulcis cædes parentibus aut regi solidis. D.cccclx. componatur. Parentes ducis sexcẽtis, obseruato, vt ducis compositio parentum suorum compositionẽ triplo excedat. Agilolfingi, de quorum progenie dux perpetuo eligitur, compositionem quadruplam habeant. Huosi, Trozzi, Sagani. Hahilingi, Aennoni, primi post Agilolfingos, duplam Liberũ quisquis interfecerit parentibus aut duci bis octoginta solidos exoluat. Si oculum, manũ, vel pedem amputauerit, quadraginta: si claudũ fecerit, duodecim, si manum, viginti. Duplex vulnus, tribus soludis dentem molarem, duodecim, alios omnes sex componat. Peregrinos homines inquietare aut ledere summe prohibem⁹ contrafaciens dupliciter componat & fisco. clx. solidos exoluat. Si occiderit solidis auro appreciatis centũ multetur. Seruus liberum aut molestans aut venundãs presentatus iudici aut manum aut oculum amittat, absque insigni nota nequaquam dimittitur. Liberti dimidio componantur mitius quam liberi. Nuptias interstatas prohibemus, vnde socrum, nurum, priuignam, nouercã, fratris aut sororis filiam, fratris vxorem vxoris sororẽ viro ducere deceat nulli, fratrum aut sororum filii matrimonio nequaquam sese coniungant: facultates eorum à iudice confiscentur, qui contrafecerint. Qui dominicam diem seruile opere profanauerit, nec semel & iterum monitus cessat. l. verberibus dorsum illius frangatur: si nec adhuc cessauerit, tertia ipsi bonorum pars auferatur: tertio si attenuauerit, libertatẽ perdat, seruus sit, qui die sancto noluit esse liber. Seruus vapulet, & si non emendauerit, dexterã perdat. Peregrinus monitus nisi cessauerit. xii. solidis multetur. Qui liberum preter voluntatem seruitute deuinxerit, aut illius hæreditatem bonaue inuaserit. xl. solidis componat, restituatq; quæ occupauerit omnia. Si quis cũ alterius coniuge li-

Iudex qualis esse debeat.

Liberi quomõ componantur.

Liberti.

de nuptiis

De feriis, & pœna nõ custodientium

bera concubuerit, marito 140. solidis componat: & si deprehensus interficeretur absque vindicta suo in scelere iaceat. Cum libera cõsentiente fornicatus, si in cõiugem ducere voluerit duodecim cõponat solidis. Dominus seruum qui liberæ vim fecit parẽtibus illius pœnam dedat, interficere ius esto, si libet. Si quis virginem liberam præter eius ac parentum voluntatem rapuerit solidis. 40. libertam. 8. ancillam. 4. componat Liber liberam vxorẽ absq; culpa dimittens parentibus solidis. 40. componat. Mulieri dotem & quicquid adportauerit secundum familię ex qua nota est stemma legitime persoluat. Si liberam liber post desponsationẽ repudiauerit aliámq; superduxerit, 24. solidis puelle parẽtibus componat sacramentalibus. 12. iure eam, neq; ob crimẽ aliquod, neq; ob parentum inuidiam dimittere, verum ob solum amorẽ, quo alteri teneatur. Qui alterius sponsam sibi rapuerit, restituat eam, & bis. 80. solidis marito componat. Mulier quæ alteri potionem, vt abrosum faciat, commiscet, si ancilla est. 200. verbera accipiat, Ingenua libertate viduata seruio deputetur Si pregnãs mulier icta abrosum fecerit, ipsa si morietur qui icerit tanquam homicida teneatur, si fœtus tantũ, nõdum viuens. 20. solidis viuens. 50. vuergeldum persoluat, solidósq; tres & tremissem. Si in ducis curia, in ædibus sacris, in fabrica, aut molendino, quę domus publicę sunt liber homo quid furatus fuerit, nonuplum componat, secundum rei valorem iuret, siue campionibus depugnet, fur nocturno in furto deprehensus, si occidatur, nõ vindicetur, Qui alterius seruum ad furtum vel aliud nefas in domini discrimen persuaserit, fraude detecta, tanquam fur damnetur, nonuplũ exoluat. Seruus quod tulit restituat, & insuper flagellorum ictus, 200. extensus publicę accipiat, dominus incommodi nihil patiatur. Fur quascunque res sub traxerit iudici præsentatus secundum legem vindictæ subiaceat. Verum morti non prius damnetur, quâm nonulla illi, qui damnũ pertulit, compositio de furis facultatibus fiat. Qui aliquid in prouincia emerit diligenter prius interroget, furtiuũ sit, nec ne. Furtiuum si emerit restituere cogatur, atque in fiscum pro fredo solidos, 12. præsoluat: qua lege in

Mulierũ causæ.

Domus publicæ.

Furta quo modo cõ ponãtur.

Furtiua emptio lege coerci ta.

Agrariæ leges,

Pignorare dux permittat

Damnorũ illatorum compositio.

De commendatis & cõmodatis,

eum etiam animaduertitur qui furtiuum cõmendatum susceperit. Compositionem à fure, nisi coram iudice, suscipiat nemo. Latrocinii culpis subiaceat qui iudicem suum rem celat. Quoties de agrorum finibus contenditur, constituta olim signa ab inspectoribus quærentur, nec aduersus ea lõge possessionis tempus patrocinetur, venditor ostendat, si nulla apparuerint, & si contentio tanta sit vt sedari non possit, campionibus depugnetur. Nemo nouum terminum aut signum sine alterius patris consensu, sine inspectore constituat. Liber si cõtra id fecerit lege solidis 6. multetur: seru⁹. 200. flagellorum ictus extensus publice sustineat. Si liber liberi parietem aut sepem dissipauerit vel irruperit tribus solidis componat, & damnum restituat. Columnas trabes spangas tribus solidis ad restitutionem componat. Asseres lateres & aliud quicquid edificio continetur singulis solidis. Pignorare absque ducis permissu liceat nemini, contrarium faciẽs, pignus euestigio illæsum reddat, duci 40. solidos pro fredo exoluat læsum ad arbitrium iudicis componat. Qui messem iam maturam alterius demessuerit solidis sex componat. Negans sacramentalibus secundum legem suam sex iuret. Qui segetes alterius incantando viciarit, conuictus. 12. solidis cõponat. familiam illius anno toto alimentis prouideat, æquale reddat, si quid perdiderit. Megans sacramentalibus. 12. iuret aut campione se defenset: Si quis alieno seruo vel ancillæ ad fugam aut auxilio aut consilio adfuerit. 12. ipsum, eam sex solidis componat, reducatq;, si negare velit. 12. sacramatalibus iuret, aut campionũ se pugna expurgat. Nemo alienum animal etiam in damno deprehensum quouis modo lædat occidatve: sed pene se coúsq; retineat, donec domino aut vicinis damnũ acceptum indicabit, qui locum lęsum cum æquali illęso signent, in mestis collectione quod lęsus nõ læso minus protulerit, is cuius animal damnnm intulit rependat. Qui vero contra legem hanc, animal occiderit, cadauer sibi habeat, domo aliud æquale reddat. Si oculũ excusserit, quãti animal æstimabitur tertia præcii parte componat. Si caudam vel aurem, vno solido. Si cornu tremisse: duplentur, si hoc in domini contemptum

odium ve perpetrarit. Qui pacta mercede equũ aut bo
uem custodiendum susceperit sua culpa periclitatũ ab
integro persoluat, & mercedem nullam requirat, verũ
iuramento si se absoluerit corium reddat. Qui aurum
argentum, vestes aut alias quascunque res vendendas si
ue custodiẽdas in ædes suas receperit, si fortuito incẽ-
dio vna cũ rebus suis consumptæ fuerint, quod sibi nõ Ex incen
profuerint iuramento dato, nihil persoluere cogatur. dio quid
Qui auxiliatoris specie ex incendio aliquid rapuerit, surripiens
proditus, quadruplum exoluat, secundum legisq; sta- Res ĩ cõ-
tuta componat. Rem in contentione locatã nec vlli do tentione
nare nec vendere liceat, Mulier in viduitate post mari posita.
ti obitum permanens ęquelem vt filiorum vnus vsu fru
ctuariam portionem possideat. Si vero ad alias nuptias
transierit, eo die cum dote & rebus suis domo egredia Dei hære
tur: filii inter se portionem, aquam consequuta fuerat, ditate le-
vt reliquam diuidant. Patris bona filii de diuersis etiã ges.
coniugiis suscepit æqualiter hęreditabũt, Matris vnus
quisque tantum suæ. Ancillę filius cũ liberę filio hęres
non esto. Si quis siue liberis morietur, nisi testamẽto ca
ueatur, vxor, quoad viduitatem obseruauerit, bonorum
medietatẽ omniũ retineat, propinqui reliquã accipiãt.
Si vero & ipsa murietur, aut alteri nupserit, cum bonis
suis, & quę lege debentur, abeat, propinquis & hęc pars
cedat viro aut muliere defunctis, sit vsque ad septimum
gradum propinqui nulli reperiãtur, nisi testamento vel
donatione caueatur, res eorum omnes fiscus indipisca
tur Qui rem aliquam vendiderit, prǽcio accepto, em-
ptionem aut charta aut testibus ratam faciat, duo, tres
vel plures testes adhibeantur, Venditio nisi volunta- De ẽptio
ria & libera, firma non sit. Qui rem alienam domino ne & ven
ignorante vendiderit, ipsam legere stituat, & aliam æ- ditione.
qualem addat. Si reperiri nusquam poterit, duas simi- Arre tra
les pro ea reddat. Qui arram in quacunque re dederit, ditiõis vis
nisi placitum mutatum fuerit stare contractui debet,
aut hanc ipsam perdat, & precium quod debuit exol-
uat. Si quis rem aliquam viciatam vendiderit in-
fra dies tres, recipiat, vel sacramentali vno vicium Mãcipio
ignorasse iuret, & stet emptio. Seruus suo non do- rũ redem
mini peculo redemptus, fraude cognita domino resti- ptio.

tuatur, quia non pręcium, sed res serui ignorans accepe rit. Commutatio tantum roboris habeat, quantū emptio. Qui agrum aut pratū alterius suū dicēs inuaserit, sex solidis propter temeritatem componat & exeat. Testem aure tractum nisi super mortuum testari velit, repelli nec debet nec potest. In mortui causa hic duello probetur, si viceret vlterius non impugnetur sed credatur ei. Ex pluribus testibus vnus tantum forte eductus iuret, ita dicens. Testis fortit⁹ sum, testem me exhibeo, sic me deus iuuet & illum, cuius manū teneo, testis aure trastus sum, veritatem præsenti in causa dicere, datis deinde ad sacrādū armis solus altera manu verbū ipsum cum vno sacramentali iuret. Mendaciter iurasse conuictu causam restituat. 12. solidis cōponat, aut innocentiam suam campio ne defendat. Si campionum vn⁹ ab altero inter decertandū interficiatur: si ingenu⁹, ab eo, qui iniuste eum inuitauit. 12. solidis nec amplius cōponatur, Qui liberum mortuum monumento refossum spoliauerit, parentibus illius solidis .40. componat, & ipsum etiam furtiuum quod tulit. Si quis oculte liberum occiderit, cadauer inproflu entem aut alio abiectū condigna sepultura & exequiis priuet. 40. primū solidis, deinde vueregeldo componat. Qui vero liberi hominis cadauer ad littus deuolutum aquis iterum immiserit solidis. 20. componat. Seruus eo modo occisus atque absconsus nonuplo, id est, 180. solidis cōponatur. Qui vestitu à se inter factum spoliauerit dupliciter cōponat, Cadauer hominis mutilant singula membra singulis 12. solidis componat. Si repertum ne à feris dilaceretur pietate motus humauerit à parentibus aut domino illius solidum accipiat, Qui alterius nauem loco submouerit illæsam aut ęqualem reddat. Extra aquam vero protractam si celauerit, interogatus negauerit, vt furtiuum componat. Qui canem venaticum abstulerit ipsum aut similem reddat, & sed solidis componat, pastoralem tribus Illis legibus Bauari ante aliquot secula pauere, nonnullisq; adhuc, siquidē qui Christianę pietatis obseruantissimi sunt ad externa angustiora templa turmatim peregrinantur, Aquisgranum præcipue, duo etiam prouinciæ loca miraculis sanctorum & pe-

Testes & corū causæ,

Iurandi modus.

Periuri aīaduersio,

De mortuis & corū crusis.

De nauigiis,

Decanib.

regrinorum frequentia clara. Virgo Maria Otingæ, & beatus Vuolfgangus. Ratio vitibus præterquam vbi australior est non seritur. Nemorosa multũ est & mõtuosa, Sues glandibus syluestribusve pomis credo tanta copia nutrit: vt veluti Hungaria boues, ita hæc sues cæteris Europæ nationibus large suppeditet, Est gens adeo suillis & ipsa maribus famosa, vt cæteris Germanis comparata Babari (Barbari dico) nomen ipsi optime conuenire nemo non videat. Duobus vitiis plus aliis insignes, inhospitalitate videlicet & furto. Vestitu vt plurimum blauo colore amicitur, ocreis libentius quam caligis calciatur. Baioariæ siue Bauariæ ad Austriam contigua est partim Carinthia partim Styria. Est Carinthia montana regio Carnis ad ortum. Styriæ ad occasum ac meridiem iuncta, Alpes Itala & forum Iulii contingit, multæ in ea valles collesque feraces tritici, multi lacus, multi amnes, quorum pręcipuus Drauus qui per Styriam ac Pannoniam in Danubitum fertur haud inferior Sauo: Imperium Austriæ principes obtinent, & archiducem appellant, cui ea regio paret, quoties nouus princeps reipubu. gubernationem init solennitatem nusquam alibi auditam obseruat. Non longe ab oppido Si viri in valle spatiosa dirutæ ciuitas vestigia visuntur, nomen loci vetustas perdidit, nec procul hinc in patentibus pratis erectus lapis marmoreus est quem, cum dux creandus est rusticus quidam cui per stirpes suæ successionem hæreditario id officium debetur, ascendit ad dexteram bouem habens fœtam, nigri coloris: ad leuam equa illi sistitur strigosa maciéque insigni, frequens circa populus agrestiumq; turba ingens: dux inde futurus ex aduerso mouet purpuratorum multitudine septus: præcedunt principatus signa, omnésque in toto comitatu egregie culti præter futurũ ducem. Is agresti habitu, pileo tectus, calceos & pastoralem baculum gerens, pastorem agit magis quam principem. Hunc venientem intuitus qui lapidem obinet, illirica voce (sunt enim Carinthii Illirii hoc est Sclauoni) quis est hic exclamat, qui tam superbe incedit? Respondet circũfusa multitudo principem regionis aduentare. Tum ille, iustus ne iudex sa-

Duob⁹ vitiis obnoxii bauarich arintię limites.

Drauus. amnis.

Sauus amnis,

Festinitas ĩ noui ducis acceptionemi randa.

Princeps in agresti habitu.

Charinthiorum lingua.

lutem patriæ quærens? liberæ conditionis? dignus ne honore est? Christianæ, pietatis cultor? ac defensor? clamatur: est quidē & erit. Rursus idem, quæro quo me iure hac à sede dimouebit? Respondet ducalis aulę magister, sexaginta denariis hic abs te locus emitur: iumēta hęc tua erunt, ad bouem & equam manum intendēs. Vestimenta quæ dux exuet habebis, erisque tu cū domo tua tota liber à tributo. Quibus dictis, Rusticus malam principis percutit, alapa leniter incussa, iubet ęquū iudicem esse, præmioq; abducto, loco cædit. Tum lapidem dux occupat, nudum gladium vibrans ad omnem se partem vertit. populum affatur, polliceturq; se ęquū iudicem futurum, fuerunt & aquam agresti pileo oblatam potare in futuræ sobrietatis argumentum. Deinde ad Solemnēsam ecclesiam, quę in proximo tumulo sanctæ Mariæ vocabulum & nomen habet, perductus, sacrificii interest. Quibus peractis humili veste, qua adhuc indutus est deposita, paludamentum induit, splēdideq; cū proceribus suis cōuiuatur. Prostremo in partum reuertitur pro tribunali sedens, ius dicit & funda confert. Hic honos principis inuestiendi rustici datus est, quod illi primum in ea terra Christi fidē accipere nobilibus & principibus in errore adusque Caroli magni tempora permanētibus, quando & ipsi baptismati admoti sunt. Fuit Charinthiæ dux venator Imperii, vnde ad eum lites & contentiones venatorum omnium deferebantur, vocatus in iudicio coram Imperatore quærulantibus non nisi Sclauonica lingua respondebat. Est & alia huius prouinciæ consuetudo in oppido Klagen furibus durissima: quis in furti suspitionem venerit, euestigio suspenditur postridie de suspicione iudicant, sontem inueniunt pendere sinunt donec per partes ad terram defluat cadauer, Insons repertus sepelitur, exequi æque ex publico persoluuntur Penulis natiui velleris haud fucati Charinthii teguntur vulgoque capita pileo obmuniunt, sermone loquūtur Sclauonico. Stirii vero agrestes vulgo populi sunt & strumosi, adeo, quidē ingēti struma, vt ipsis loquelā impediat: & mulier lactās illā post tergū perinde atq; saccū reiiciat (si fama vera est) ne infāti impedimēto sit

Solēnensis ecclīa.

Honor principē inuestiēdi rusticis datur.

Charītiæ dux impii venator.

Cōsuetudo furib⁹ graui.

Stiriis vulgo strumosi.

Strumæ causam aquæ aeriq; , quibus vescuntur incolæ tribuunt. Styriani ipsi cultu & sermone Germani sunt, prę̨ter Draui accolas, qui Illirica vtuntur lingua. Sal ibi coquitur quod ad finitimas gentes defertur. Regio ferri & argenti ferax, sed principum incuria parcius foditur Valeria olim dicta fuit, montana plurimum præterquam ad ortum, qua Pannoniæ finitima est, ea parte vastam effundit planiciem. Strumæ causa. Salstirianum. Styria olí Valeria dicta.

De Italia, Italorúmq; moribus, Item de Romulo & eius ciuilibus institutis. Cap. XIX.

Italia Europę regio prius Hesperia ad Hespero Atlantis fratre qui a fratre pulsus, & Hispaniæ, & Italiæ dedit nomen, siue, vt Macrobius inquit, ad Hespero stella, quod illi⁹ occasui subiecta sit Oenotria etiam dicitur vel a bonitate vini quod in Italia nascitur, nam Græci nō Oenon vinum dicunt: vel ab Oenotrio Sabinorum rege, postea Italia ab Italo Siculorū rege, qui agriculturam Italos docuit, & leges posuit: nā ad eam partem venit, in qua postea Turn⁹ regnauit, & a suo nomine appellauit, vt Virgilius probat. Hesperia. Oenotria. Italię appellatio.

Est locus Hesperiam Graii cognomine dicunt,
Terra antiqua, potens, armis atque vbere glebæ:
Oenotrii coluere viri, nunc fama minores
Italiam dixisse ducis de nomine gentem.

Timęus autem & Varo a bobus vocatā putant, quoniam Tauri Græca veteri lingua ita appellati sunt a quorum multitudine pulchritudinéque Italiam dixerunt. Latinum pars illa vbi hostia Tyberina sunt dicitur, quemadmodum Ausonia, vt Aristoteles inquit, pars ad Thyrrhenum versa. Crucis forma inter Adriaticum & Thuscum mare iacens, ab Alpium iugis & Apennini porrecta se paulatim tamen ad Rhegynum vsque attollens verticem & littora Brutiorum. In vltimo sui in duo cornua scinditur, quorum alterū Ionium spectat mare, alterum Siculum: in extremitate Rhegium oppidū habens. Eius longitudo ad Augusta prętoria per Romam Capuámque porrecta vsq; ad oppidum Rhegium, Solino teste, decies centena & viginti millia passuum colligitur. Latitudo vero quadringenta decē, vbi latior: vbi breuior centum triginta sex: ha- Latium. Ansonia. Italię forma. Longitudo Italię. Latitudo Italiæ.

betq; vmbilicum in agro Rheatino, qui dudum ex latere maris superi Rubiconem fluuiũ pro finib⁹ habuit.

Italię regiones. Diuiditur Italia in multas regiones, à Varo flumine ad

Liguria. Macram Ligurgia terminat, vbi Genua illustris ciuitas Inde ad Tyberimum amnem

Hetruria Hetruria, vbi Pisæ à Tyberi ad Lyrim

Latium. Latium, vbi Roma intus Antium in ora, à Liri ad Sernum

Cãpania. Campania, vbi Neapolis. Inde ad Silarim

Picentiũ Picentinorum regio, vbi Surentum & Salernũ, à Silari ad Laium

Lucania. lucania, vbi Pestum & Buxentum. à Laio ad Leucopetram

Brutium. Brutium in quibus Rhegiũ Iulium. à Leucopetra ad Iapigium promontorium, quod

Mag. græ & Salentinũ: manæ Græcię ora est, vbi Croton & Tarentum. ad Iapigio ad Brundusium

Calabria Calabria, vbi Hydruntum, à Brundusio ad Garganum

Apulia. Apulia, vbi Bariũ & Salapia. à Gargano ad Sari fluuii hostia

Frẽ. reg. Frentinorũ regio, vbi Isconium. à Saro ad Apernum amnem

Marrucinorũ ora Marrucinorum ora, vbi Orton ab Aperno ad Aesium fluuium antiquissimum Italiæ terminum

Picenorũ ora. Piceni, quorum Ancon. ab Aesso siue Asio, vt quidam scribunt, ad Rubiconem recentius Italiæ confinium

Senones. Sinones, quorum Phanum fortunæ, Pisaurum & Ariminum. a Rubicone ad padi hostia

Boii. Boii, quorũ Rauanna à pado ad Tiliauentum

Veneti. Veneti, vbi nunc Venetiæ. à Tilia vento ad Natisonem Carni siue Foroiulienses, vbi Aquileia. à Natisone ad Arsiam lapides Istri, quorum Tergestum & Formio amnis, & ipsæ aliquando Italiæ finis.

Apẽnin⁹ mons Italiã discernens. Apenninus mons totam terram velut in duas diuidit plagas, hanc ad occasum & meridiam, illam ad septentrionem & ortum obuersam, ab alpibus primo in Liguriam excurrens. mox inde Cisalpinam Galliam & Picennum ad Hetruria & Sapina dirimit, Anconenque progreditur, vnde aduersus in Apuliam & Garganum montem extenditur, Marucinorum Pellinorum Ferentinorum terram à Latio Campaniam seperans: Vltimus eius conatus ex Gargano est ad Leucopetrã hinc Apuliam habens, Galabriam & magnæ Græciæ oram, Picentes inde Lucanos & Brutios.

Laus Italiæ. Est Italia metallis grauida, vtique vitalis & perenis salubritas, eximia cœli temperies, campi fertiles, aprici coles, innoxii saltus, opaca nemora, munifica syluarum genera,

mira frugum vitium & olearum fertilitas, nobilia pecori vellera, tauris colla, perſpicui & piſcoſi lacus flumina fontéſque ſaluberrimi, portus plurimi, ipſa auide ad mortales iuuendos in Maria procurrens, & velut gremium omnium gentium commertio pandens, vt vere dicta ſit à quibuſdam terrarum omnium alumna, atque eadem parens, cœleſtium prouidentia electa, quæ ſparſa congregaret imperia molliretque efferatarum gentium ritus: diſcordes ad colloquia linguas munere literarum latinoq; ſermone congregaret. Cęterum vt gentes ſileam (nam longum eſſet numerare) quas Itali Romani lingua & armis vicere: tantum vna Quiritum ciuitas virtutum omnium valuit exemplis quantum omnis Græcorum eloquentia præceptis, qui quaſi ita futurum diuinaſſent, vt hæc vna terra omnibus eſſet gentibus imperatura, quo tam ipſius partem magnam Grætiam dixere: & vt breuiter dicam, ſine prouidentia accidit, vt quum. Deus optimus terras inuiſit, tum ibi cunctarum gentium arx eſſet & Imperiũ, vbi mox Chriſtiani nominis futurum erat caput. Color Italis & ſtatura pene diuerſa eſt. In Ciſalpina Gallia Venetóque receſſu color vulgo candidus, cultus & ſermo accuratior: contra in Hetruriæ tractu Latino, campania, Lucania & Brutiis aquil⁹ capill⁹ niger, breuior ſtatura & macilenta, ſermo & cultus ſimplex. omnia ſimilia in Piceno & his qui ſuperi magis oram accolunt in magnam Gręciam vſque, niſi quod in Apulis, Calabris, & iis qui extremam tenent Italiam victus & ſermo cum Græcis promiſcuus durat. Tota Italia vt omnis feræ Europa vno matrimonio ſemper contenta fuit. Repudium ex vrbe Roma tranſlaticium. Hic Spurius Carbillius ſterilitatem coniugis cauſatus, primus vxorem repudiauit. Triplex olim in regionis ciuitatibus conditio fuit, Seruilis, Libertina, & Ingenua. Ingenuorum triplex ordo, Plebeius, Equeſter & patriti⁹. Sacrorum ratio penes pontifices & flamines. & alia quædam colleſii à eſſe, alia aliis dæmonibus ſacra facere. Summus honos & poteſtas in dictatore, a quo nulla fuit prouocatio. Ea dignitas ſemeſtris fuit & ad eam per gradus fiebat à quæſtura acceſſus, per ædilitatem,

Italia terrarũ oĩm alumna & parẽs.

Quiritũ ciuitas. Romæ laus.

Hoĩ3 color cultus & ſtatura

Ciuiũ triplex cõditio.

Ingenuorũ triplex ordo.

dictatoris dignitas.

Dignitatũ ordo. præturam, Conculatum & censura: non quod semper per hos gradus iretur, expiendúsq; esset numerus, sed indignitate potestatéque hic ordo erat, vt in re bellica certi militiæ gradus: miles centurioni parebat Centurio Tribuno, Tribunus Legoto, Legatus Cõsuli seu alteri cuius essent auspicia. Magister equitum dictatori. Legitima militia decennunum habuit si non prius debellari cum hoste cõtigisset, aut missio aliqua intercidisset, quæ nomine & re non vna fuit. Preter legitima suam, cuius nunc mentio facta est, fuit & Causaria, hęc vt priore illa minus pulchra, ita reliqua honestior, quæ ab re ignominiosa dicta est: Militaris ætas ex Seruii Tullii præscripto à septendecimo anno in octauum & quadragesimũ decurrebat. Pacati in toga agebant, bellantes in sago, & paludamento: bella feciali iure inferebantur, illatáq; soluebantur non nisi legitime. Ciuitates aut sociæ, aut caloniæ aut municipia dicebantur. Municipibus aliis ciuitas cum suffragio data, allis sine suffragio. Coloni vt membrum ciuitatis erant, & Romanis viuebãt legibus municipes suis. In his Decuriones erant, quod Romæ senatores Purpura patriciũ destinguebat ordinem ab equestri, aurum equestres à plebeio. Maiestatis iudicia totius populi erant: rerum capitalium, iudicum, quid ad id sorte lecti essent, & ex ea decuria, quæ eo anno iudicaret: ciuilium rerum, prętoris centum viralis hastæ aliáq; aliorum, Et hi olim Italicarum ciuitatum & gentiũ in vniuersum mores erãt, institutionẽ hanc a Rumulo trahẽtes. Romulus enim postquã ciuitatis Romanæ muros, fossas, munitiones & necessarias extructiones perfecisset omneis, ad ciuiũ statum se cõuertens ita ordinauit, Diuisa imprimis trifariã omnis populi multitudine singulis partibus singulos prẹfecit duces clarissimos: deinde triũ rursus earũ partiũ vnamquáq; diuidẽs in denas partes æquales, harũ quoq; designauit viros fortissimos, vocauit partes maiores trib⁹, minores curias, hoĩes tribuũ ducatus habentes tribunos: q vero curiis præsiderẽt, curiones dici poterãt. Erant aũt & in decurias diuisæ curiæ, ducésq; earũ decuriões appellati. Oĩbus itaq; in trib⁹ & curias diuisis. Agrũ in triginta partes diuidẽs, suã cuiq; curiæ

Militiæ gradus.

Legitima militia decennalis.

Causaria militia ignominiosa.

Municipes.

Coloni.

Decuriones Patricii. Equestres. Plebei.

Romanę ciuitatis ordinatio

Hoĩ3 multitudo diuisa.

Agri diuisio.

partem tribuit,tantũ ipse agri accipiens, quantũ quid ad sacrificium templáq; satis esset, partẽ quoq; agri publicam relinquens, sicq; vna diuisio regionis & hominum communẽ continens æquabilitatem fuit. Altera item hominũ ipsorũmq; fuit cõmoda, & honores pro dignitate cuiusq; partiens. Illustres enim genere & spectatæ virtutis viros,tum diuites,& quibus erant filii ab ignobilibus discreuit,humilibus & egenis,vocauitq; tenuinos fortunæ, hoĩes plebeios,& q̃ meliores erãt cõditionis patres:his de causis primogenitos eorũ deinceps patricios vocabãt. Romulus vbi maiores à minoribus discreuerat, leges dehinc posuit, statuitque quod vtrosq; agere opus esset. Sacra quidẽ patricios perficere magistratus gerere, ius dicere, ac secum quoq; publica administrare, vrbanis ipsos maxime negotiis intentos esse. Plebeios aũt his muneribus solutos, cũ inexperti essent,& ob inopiam negociosi:agricultari simul & pascere pecora,quęstuariásq; exercere artes. Ne vero dissiderẽt aut iniurii,locupletũ in humiles,aut leuiũ egenorumq; hominũ in excellentiores inuidia cõmendauit ipse patriciis plebeios.vnumquemq; eorũ permisit, quem vellet sibi patronum eligere, patronum vocans, susceptum pauperum humiliũmq; patrocinium, & officia instituens vtriusque commoda,beniuolas ciuilésque eorũ coniunctiones fecit:vt illi tuerentur clientes tanquam patres filios:clientes ecõuerso patronis obsequiosi essent: cõmuniter autem vtriusq; neq; pium neq; phas erat accusare se inuicẽ,nec aduersus se testimonium dicere,nec cũ inimicis numerari, sic firmior erat Romanorum concordia. Consiliarios posthæc instituit,centum viros ex patriciis eligens,fecitq; delectum eorum hoc modo. Ipse vnum ex omnibus optimũ designauit,cummittenda essent vrbana negocia, cum ipse exercitum extra fines duceret, tribuum vnicuique edixit, vt tres viros ex se deligeret, qui ætate & generis splendore sensũque excellerent:post hos autem nouem viros, etiã curiis singulis impetrauit tres maxime idoneos ex patriciis eligere, posteaq̃ nouem istos primis a tribubus electis addens nonaginta, quos curiæ suffragiis prætulerãt,eo quoq; quem ipse elegerat du-

Altera multitudinis hominũ segregatio.

Patriciorũ officia

Plebeiorũ officia

Patronus Patronatum. Clientes.

Centũviri cõsiliarii delicti

ce addito, centum cõsiliariorum numerum expleuit, & à Romanis Senatus duci cœptus est, qui ob authoritatẽ Patres, ob ætatem Senatores dicti sunt. Deinde trecentos viros ex generosissimis familiis eligens robustissimus corporibus, quos Curiæ renunciarũt, eodem modo quo antea senatores, singulę denos iuuenes, eos semper circum se Romulus habuit. Fomen commune omnes habebant. Celeres vocati, ab exequendi ministerii celeritate, custodes regis erant. Regis autẽ hęc officia, primũ quidem templorũ sacrificiorũmq; principatum, tenere, agerẽq; cũ omnia in honorem cultumq; deorũ pia. Deinde legum morísq; patrii custodẽ ipsum fieri, iurísq; simul omnis senatũ cogere, populum cõuocare, potestatẽmq; sibi in bello imperatoriam esse. Senatorio ordini honorem & potestatem talem atribuit omni de re, de qua re ferret regno, cognoscere atq; suffragiũ ferre, & quod visum maiori parti esset id visere. Plebi deinde tria hæc dedit, magistratus creare, leges sciscere, & de bello descernere, cum rex vellet, neq; tamen potestatem horum absolutem, nisi & senat⁹ approbasset. Ferebat popul⁹ suffragium non viritim, sed per curias conuocatus, & quod pluribus visum esset curiis, ad senatum referebatur. Nunc autem mos iste suffragiorũ in plerísq; locis conuersus est, neq; enim de plebiscitis senatus iudicat, sed eorum quæ senatus cognouit populus est dominus. Ex hac autem diuisione Romuli non ciuilia modo negocia, sed bellica quoque Celeres isti exequebãtur. Quandocunq; enim ei visum esset exercitum educere, nec tribunos tunc per trib⁹, nec per curias centuriones, neq; præfectos equitũ creari oportebat, sed rex tribunis mandare, illíq; curionib⁹, è quibus deinde decuriones edocti statutos sibi quísq; milites educebat. Vna enim decenter instructi aderant. Mille etiam pugnatores elegit, vt quínam scribunt, quos ob numerũ milites nominauit. Tum ipse se imperii insignibus, & cætero habitu & duodecim lictoribus cum fascibus præcedentib⁹ augustiorem populo reddidit: in quo fascium numero duodecim vultures, qui ei auguriũ fecerũt videri potest Romulus secut⁹, nisi ab Hetruscis morem ipsum aliquis potius sumptũ dixerit, quibus cũ

Senatus patres.

senatores Celeres

Regis officia.

Dignitas Senatui concessa.

Plebi cõcessit Romulus.

Suffragãdi ritus.

Celerum officio.

Mille pugnatores delecti.

Lictores cũ fascib.

duodecim populi essent, magistratúmq; vnum communi nomine crearent, singuli suum illi apparitorem dare consueuerunt, Sella curulis Trabea & aliorum Romanorum regũ insignia omnia inde haud dubie fuerũt Romulus etiam ciuitatis vires augere volens, causam honestam commentus, & rem in honorem dei referẽs, templum loco in vmbroso erigit, confugientibúsq; ad illud sponsor factus est per speciẽ religionis erga deos, nihil eos mali ab inimicis accepturos, ac si permanere apud se vellent, ciuitatis etiam participes faciebat, tradebátq; agri portionem, quã bello quæsierat. Fuit item & aliud institutum, vt ne captas bello vrditus euerterẽt aut in seruitutem redigerẽt: verũ missis in eas coloniis pro portione aliqua regionis colonias Romanorũ facerent vrbes victas & reipublicæ participes. Cæterum post Titi Tatii cęde. cúmq; & Sabinum & Romanorũ populum in vnum confluxum quinq; annis gubernarat, Romulus ad sacra cõuersus publica & priuata multa instituit, legem de matrimoniis tulit vt mulier viro socia esset pecuniarum & cæterarum rerum, sacrorum etiam, & vt viueret ad mariti sui morem, domúsq; vt ille dominus, ita & hæc domina. Morienti viro sine liberis succederet, sui cum prole æqua sit illi pars sua. Adulterii conuictam vir & cognati vt vellent necarent. Si vinum bibissent domi vt adulteram punirent, quo instituto videri potest apud Rom. morem inualuisse, vt quoties viri domum se reciperent, filias & vxorem exciperent osculo, an, vt Portius Cato prodidit, olerent temetum: vt enim corruptionẽ insaniæ principium arbitrati sunt, ita corruptionis ebrietatem. Parentũ in liberos vt omne ius sit statuit: siue vellet coercere, siue verberare, siue vinctum rustico operi detinere, vendere quoq; permisit & occidere. Si quis à patre venditus se in libertatem vindicarit, vt iterum ac tertio patri ius vendendi sit. Fuit id legis caput. 300. deinceps anno in duodenis tabulis relatum. Mitigauit tamen nonnihil austerũ carmen Numa Pompilius, qui tulit nullum patri amplius ius in filium oportere esse, vbi illius iussu duxerit vxorẽ. Sequuta & alia instituta. Ne quis liberæ fortunæ sedentariã exerceret artem. Militaris disciplina & agri-

Apparitores.

Lex in bello obseruanda.

Leges à Romulo latæ.

Mulier viro ęquata

Vinũ mulieribus Romanis prohibitum.

Ius parẽtibus in liberos cõcessum.

cultura ciuibus permissa: vnde laudationis mos ille manauit ad posteros, bonus miles, bonúsq; colonus. Imperfectum putabat rex vtramque vitam alteram ab altera separari, necesse esse & humanum exerceri, & belli obiri munera vt lex Lacedęmoniorum habet. Operi omnes pacis tempore vacare rustico præcepit, permisit tamen vacari etiam quãdo res aliqua desyderabatur. Nec religionis immemor, templa, aras, deorúmque simulachra constituit. Adiecit & dies fastos, sacrificia, ferias, nundinas, & alia plæraq; ad deorum cultum pertinentia peregrina: sacra, & ea imprimis, quæ gręcanico fierẽt ritu vrbe excluiit, pręter Herculea iam inde ab Euãdri tẽporibus instituta. Alicarnaseus Dionysius Varronem sequutus. 50. ait sacerdotes qui publica sacra facerent tributim curiatimq; ab eo institutos, additos & his aruspices diuinationum interpretes Curiarum singulis genius suus cum sacrorum ministris datus, communisque omnibus Vesta, & annus decem menses digestus: quibus nemo non potest fuisse Romulum diuinarum humanarúmq; rerum non imperitum, nec ante Numæ regnum populum Romanum sine moribus & religione, vt plæriq; autumant mansisse. Has ciuiles disciplinas Romulus dedit. Numa Pompilius qui post eum regnum accepit, plures alias adiecit: annum ad occursum Lunæ in duodecim deiecit: menses, quum Romulus ex decem antea constituisset, mutatóq; mensium ordine, Martius, qui primus tum fuit: ac ineuntem inchoabat annum, duobus Ianuario & Februario prælatis, tertius in ordine est factus. Fastos quoq; dies fecit & nefastos, quibus nihil cum populo agi poterat. Flaminem vnum Ioui creauit, qui dialis est dictus, cum insigni veste curulique sella excoluit. Adiecit & alios duos, Marti vnũ Quirino alterũ, ab insigni quod capite gestabant, quasi Filamines dictos. Vestę virgines legit. Hæ decem primos annos sacrorum ritum perdiscebant: totidem deinde operebantur sacris. tertio decennio rudes & nuper captas instituebant: postea vero, si quę nubere vellet sequi. Salarium his ex publico constituit: perpetua virginitate interim aliisque cærimoniis venerabiles fecit. Si qua incęsti conuicta esset, ante ora ciuiũ mosto silentio

Peregrina sacra vrbi exclusa.

Vesta dea tributim venerata.

Annus in mẽses. 12.

Fasti & nefasti dies.

Virgines Vestales.

efferebatur, viuaq; circa collinam portam in subterraneum specũ demissa, telluréq; superingesta necari. Gradiuo Marti duodecim sacrauit salios: hi mense, qui ab eo nomen traxit, plures dies celebribus locis vrbis solenne ducebant tripudium: tunica versiculori tegmine punico distincto amicti, æneo balteo, & gladio succincti dextera lanceam virgamq; gestabãt leua thraceam ex ære peltam, altioribus pileis, & in conum exeuntib⁹ capita insigniebant Nihil ab his diuersos. Dionysius opinatus est, quos Græci Curetas dixere, Romani à solenni saltatione Salios, Põtifex est deinceps ab eo creatus, cuius potestati omnia sacrorum iura subiacet, quibus hostiis, quibus diebus ad quæ templa sacra fieri oporteret formula edocuit. Interiecti etiam sunt tot sacris ordinibus. Feciales, his ea cura tradita vt Romani nullum iniuste bellũ inferrent cuiquam Hi si qua per iniuriam Romanis adempta essent, res ablatas ab hoste repetebant: quæ si non redditæ essent, bellum cõpositio ad id carmine indicebant. Pari potestate sontes, res iuste repetentibus ad supplicium dabãt, legatorum iniurias vindicabãt: hi quę pia in fœderibus essent tueri sancire pacem, eandem si minus legitime pacta esset irritam habere, si quid imperator, aut exercitus contra publicum iusiurandum deliquisset, scelus expiare. Puerum trimo minorem lugeri vetuit, neque natu grandiorem plures menses lugendum censuit quam vixisset annos. Tempus longissimi luctus in decem menses extendit. Populum in diuersa distribuit collegia Tibicinum, artificum, architectorum, infectorum, sutorum, coriariorum, fabrorum, figulorũ, & ex variarum artium opificibus contactis omnium nouissimum, sua singulis sacra venerationesque diis reddendas distribuit. Seruius Tullus in Classes & centurias omnem ciuium multitudinem diuisit, Quorum ordinum ratio hęc fuit, vt hi quorum res centum millibus censerentur, in prima classe essent, quæ centurias habuit octoginta. Pari numero iuniorum seniorumque, vt hi ad vrbis custodiam præsto essent. Iuuenes foris bella gererent: arma vtrisque imperata, galea, clypeus, lorica, ocreæ, & hæc quæ corpus tegerent, in hostes hasta, & gladius. Addi-

Duodecĩ Salii.

Pontifex creatur.

Lugendi ratio.

Populi in collegia distributio.

Populi in classes distributio Prima classis.

tæ huic classi duæ fabrorum centurię, qui in bellũ machinas ferrent, & ob id inermes. Altera classis ex viginti facta est centuriis, quarũ census ab viginti & septuaginta milibus ad centum millia extendebatur: arma illis, scutum, galea, ocreæ, lorica duntaxat adempta: tela in hostes eadem: idem ætatis discrimen, Tertiæ classis census in quinquaginta millia descendit, totidem centuriæ, nec in armis quicquam præter ocreas variatum, per centuriarum numerus. Quartę classis census adhuc minor quippe qui à quinquaginta millib⁹ in summam dimidio minorem contraheretur, nihil his datum prę-ter verutum. Quintam classem triginta centuriæ explevere, fundã his & lapides missiles ferre in pugnam cõmissum, cornicines, tibicines, cũ ipsis censi, in tris centurias distributi quadraginta millibus ęstimata est hęc classis. Minor deinceps census reliquam habuit multitudinem, cui ob inopiam militiæ munus tributúmque Tullus remisit. ciues iuramento adegit, vt singuli bona sua æstimare, quibus parentibus orti essent, quos filios haberent, cuius ipsi ętatis, cuius vxores, liberíq;, quæ illorum nomina, quo vrbis loco, aut quo regionis pago domicilium haberent, proposita his, qui fallerent, pœna, vt demptis bonis, ipsi verberibus cæsi, venderentur. Peditũ numero distributo, ex primoribus ciuitatis nouos scripsit equitum ordines, vt cum iis quæ fuerãt sub romulo inauguratæ, quæq; illis postea à Tarquino additæ duodeuiginti essent centurię, dena millia æris singulis ad emendos æquos data ex publico, & ad eos alendos duo millia in annum constituta: viduæ equitibus attributæ, quæ annuam pecuniam perderent: fuerunt equitum peditúmq; centuriæ centum nonaginta tres, quibus in ferẽdis suffragiis, sua omnibus ordinibus seruebatur dignitas, vt qui plurimi censi essent maiora bellorum onera sustinerẽt (nam ita comparatum à Seruio erat, vt non viritim vt antea, sed pro census ęstimatione singuli tributa penderent) hi primo loco suffragia inirent. Cæterum habuit prima classis octoginta peditum cẽturias, inhitãtq; cum his equites suffragia quod Diony. demonstrat, vt octo & nonaginta centurię primo loco in suffragium vocarentur. Excedebat hic nu-

Secunda classis. Tertia classis. Quarta classis. Quinta classis. Ciuitatis census. Equitum ordo. Tributi pensio. Suffragãdi ratio.

merus dimidium suffragiorum, quo factum, vt his suf-
fragantibus conuenisset, pro decerto haberetur, quic-
quid id esset, quapropter missus esset populus in suffra
gia. Si hic quoq; raro accidere solebat, variatũ esset, se-
cundæ classis centuriæ vocabantur, atq3 aliæ deinceps
aliarum ordine, ita vt fere nunquam sit ad extremam
classem peruentum Tullit regis prudentia comparatũ,
vt ordines in eo paria facerent: vt iis qui maiora susti-
nerent onera, id commodi suffragiis reponeretur: qui-
bus licet nemo exclusus videretur, vis tamen omnis pe
nes equites & primæ classis centurias esset constituta: Equitum
in quorum potestate fuit creare quos vellent magistra- dignatio.
tus, sancire leges, bella indicere quorũ trium potestas
ab initio fuit à Romulo populo data: deinde Tarquino
ex vrbe eiecto iterum mutata regiminis forma est, pro
regibus Consules habere cœptum, quibus omnia insi- Consules
gnia permissa quę fuerant & regum, præter coronę to- inducti.
gæq3 palmatę vsum cum Brutus cum Collatino liber-
tatis vindex hanc dignitatem centuriatis comiciis con
sequutus. Ciues sacramento adegit, ne mortaliũ quan-
quam amplius Romę regnare paterentur. Senatorũ nu Senato-
merũ in trecentorũ summam expleuit, Regẽ sacrificu- res trecẽti
lum creauit, qui ea sacra perpetrauit, quæ reges facere Rex sacri
consueßent. Leges Velarius tertius consul tulit, quibus ficulus.
prouocatio à consulibus ad populum est permissa, vt ca
pitale esset huic, qui iniussu populi magistratũ caperet.
Ciuium vectigalia tollerentur, quo contingit. vt vulgo
promptiores ad quæstus & opifica sint homines facti
Addidit & alio capite, vt qui tyrannidẽ affectaret im-
pugne occideretur. Aerarium in quod publica pecunia Aerariũ
reponeretur Saturni templum cõstituit. populo, vt duos cõstitutũ.
quoque quæstores crearet, permisit Creatus tamen non Quæsto-
longe post magistrat9, ab cuius Imperio nulla esset pro res creati.
uocatio. Dictatoris ei nomen inditum, à dictandi quæ Dictator
vellet potestate siue à dicendo potius, quia non populi in vrbe.
suffragio creari cõtigisset, sed ab vno esset dictus, qui
tum summum in vrbe Imperium haberet. Hunc crean
di dictatoris morem videri possunt Romani à Græcis
accepisse: quib9, vt Theophrastes tradidit in libris quos
de regno scripsit, in certum tempus tyrannos, quos

Esymnetas dixerunt, legere moris fuit. Semestris illius dignitas apud Romanos fuit, nec alio pacto creari solebat, quam cum vis aliqua maior repẽte exorta ingentem vrbi cladem minitari videretur huic cæteros Magistratus eligere licebat, vt magistrum equitum, qui secundam post eum dignitatem gerebat, præsertim in equites & accensos, iungebatur dictatori, sicuti regibus tribunus.

Magister equitum.

Spurio Cassio & Posthumio cominio consulibus plebi datum est vt & suum haberet magistratũ, qui sacrosanctus esset, qui inuiolabilis, cui auxilii latio aduersus consules esset: diserte expressum ne patrum cuiquam eum magistratum capere liceret, hic tribuni plebis nomine dicebatur, tanta fuit ipsorum postea insolẽtia, vt, nisi eis placerent decreta cõsulum & senatorum cassarent, comitiis creabantur: siue auspiciis religione primum duo numero, deinde tres additi, ad vltimum adhuc quinq;

Magistratus sacrosanctus.

tria Comitiorũ genera Romæ olim vsurpata sunt; Curiata, cum ex generibus hominum suffragium ferretur, nomenq; ideo regi datũ, quod curiatim per lictorem calarentur. Centuriata, quum ex censu, & ætate fieret, quorum ratio abunde relata est, cæterum, vt illa per lictorem, ita hæc per cornicinem, calari solita Tributa reliquũ genꝰ appellatũ, ex regionibus & locis conflata.

Tria Comitiorũ genera.

Ex patribus centuriatis Comitiis decemuiri sine prouocatione creati, Et in eos publicæ administrationis ratio omnis à consulibus translata est, vt olim regibus ad consules: hi condere leges iussi, decimo die ius singuli in orbem dicebant, quo in decem tabulas compelexo, quod faustum felixq; esset leges decem tabularũ populo promulgauere: duodecim fasces præcedebant eum, cuius erat iurisdictio, cæteris singuli accensi. Sed diu non iurauit magistratus ille, quippe qui vt Tribunitia potestas ab eo ex vrbe in perpetuum tolleretur à patribus excogitatꝰ fuerat, recognita, ab ipsis tribunis ipse sublatus est. Tum lege cautũ vt quod plebs vellet, totus populus teneret, Et alia: vt qui Tribunis plebis Aedilibus iudicibus noceret, eius caput Ioui esset sacrum, familia ad ædem Cereris liberi liberęq; vẽderentur. Item vt aliter ex plebe consul deinceps crearetur: atq; vt inter patritios & plebetos connubia pro-

Decemuiri creati.

leges decem tabularũ promulgatę.

miſcua eſſent. Cenſores prꝑterea creati duo, quibus ſcribarũ miniſteriũ, tabularũ cura, cẽſendi formula cõmiſſa. Res parua ab initio, ſed quę procedẽte tempore multo maiora quam ab initio credibile fuerit, habuit incrementa, Tanta illis dignatio, tanta autoritas, vt omnis morum ciuiliſq; diſciplinæ ratio ipſorum eſſet. Regimen adhæc ſenatus equitũ Centuriarũ, omne decoris ignominiæque diſcrimẽ, horũ priuata & publica loca recognoſcere, luſtrũ cõdere, enatores è ſenatu remouere, nota infamia, quinot quoq; ãno creabãtur. Magiſtratꝰ & aliꝰ ſuper additus, qui ius diceret. Prętorẽ hũc vocare placuit. huic omnis pub. priuatiq; iuris poteſtate pmiſſa, nouũ ius cõdere, & vetera abrogare facultas erat vnus ab initio, qui vrbanus dicebatur, quo non ſufficiente, quod multi peregrini in ciuitatẽ venirẽt, alius creatus eſt, peregrinuſque vocatꝰ, quod plęrũq; inter peregriõs ius diceret: honorarium ius illud appellabatur à magiſtratus honore, regia illis inſignia, & apparatus conſulibus, pene æqualis, Permanſit hic ciuitatis ſtatus ad Iulii Cęſaris vſque tempora, qui monarchiã, quę longa poſtea Imperatorũ ſerie retẽta eſt, iterũ induxit. Ludus Romæ celebrabatur, qui Magnus Circenſis etiam & plebeius dicebatur, ciꝰ pompa ex capitalio per forum in circum maximum mittebatur tali apparatu. Equitum filii, quibus ætas apta eſſet pompæ, equis ſedentes quique pedibus ſtipendia facturi erant, ſuis alis centuriisque diſcreti præcedebant, vt exteris gentibus oſtẽderetur qualis quãtaque iuuentutis indoles, in ſpẽ ciuitatis interim ſuboleſceret: hos aurigæ ſequebantur quadrigæ bigæque, & equi deſultorii, Mox athletę leuiorũ grauiũque certaminũ, pudenda tãtũ velati, cętera corpꝰ nudi curſu, paleſtra, cęſtibus certaturi. Saltatorũ deinceps chori virorũ primus alter pubeſcere incipiẽtiũ, poſtremus puerorũ. Ordine deinde tibicines ſubſe qui vtres & Tibiolas inflãtes citharędique lyras ſeptichordes eburneas, & quę barbita nũcupata ſunt habẽtes. Saltatorũ cultus tunicę puniceæ cingulis ęreis ſtricte, enſes lateribus pẽdẽtes, tela, breuiora viris galeę ęreę criſtis inſignes, pẽniſque exculte. Pręibãt choris viri ſinguli ſaltatiõis & tripudii modum præmonſtran-

Cenſores duo creati.

Prętores duo vrbanus & peregrinus.

Ius honorarium.

Ludꝰ Circenſis ſiue plebeius.

Athletæ.

Saltatores.

tibicines.

Enoplia siue Pyrrhica saltatio. Satyrisci.

tes bellicos motus, atque vehementer proceleumaticis & rithmis imitantes. Enoplia saltatio in his vsurpata, quæ & Pyrrhica nuncupata est, a Pallade, vt creditur, reperta alii Curetes eius saltationis autores arbitrati sunt. Enoplios choros Satyriscorũ cœtos euestigio sequebatur: erãt hi in Syllenos & Satyros figurari, cauillabundo motu redicula in magnis imitantes. Atq; hũc demum ordinem tibicines aliis, & citharœdi vario sequebãtur concentu. Ibant inde qui passim thura & aro mata Thuribulis adolebant, multaque odorum fragrã tia deorum simulachra auro argentoque cælata virorum humeris ferebantur. Tum demum Thensam summi vrbis magistratus magna omniũ ordinum caterua religiose sequebantur. Circi area in qua hic & alii ludi agebantur tria & dimidium in longitudine stadia habuit, latitudo quaternum fuit iugerum, id soli spacium inter Palatinum & Auentinum iacens, tribus lateribus porticus paululum rependæ claudebant. 150. millium spectatorum capaces, sedilia circa aream cemento extructa erant, in quo sedentes spectarent. Scęnici ludi in eo etiam agebantur, tali primum ratione Ludiones ex Heturscia accersebantur, hi ad tibicinis modulos saltantes, haud indecoros more tusco reddebant motus. Imitari hos primo Romana iuuentus, incomptis inter ter se carminibus iocularia fundentes, nec motus interim absoni a voce, mox diligenti vsurpatione eo processit vsus, vt vernaculi eius rei artifices, quia nihil iam à Tuscis ludionibus distarent, Histriones appellati sint quia Hetrusca voce Hister ludio vocaretur, Hi deinceps non inconditum & rude carmen, alternisque (vt à principio iactatum vsurparunt, quod Fescenio fuit simile sed modulatas satyras, descripto ad tibicinem cã tu, decoroque motu peragebant. L. Andronichus ab Satyris digressus fabulam argumento fecit, factumq; cũ sæpius egissent, obtusa demum frequenti vsu voce, puerum qui caneret ante tibicinem statui, inde vt ad tibicinis latus histriones canerent receptum, vbi igitur res a risu & soluto ioco auocari cœpta est, ludoque in artem paulatim vertente, iuuẽtus fabulatum actu histrionibus relictis veteri instituto ridicula versibus inte-

Circi magnitudo

Ludi scanici.

Histriões

xta inter se iactabanti: vnde exordia fabulis potissimũ Atellanicis concerta extiterũt Id Ludionum gen. ab Oscis acceptum, iuuentus tenuit nec Histrionis attingere permissum. Hic qua ratione Senatus populusque Romanus suos vita defunctos imperatores consecrare cęloq; inferre solebat, referẽdũ duco. ipsi nanq; ,vt Herodianus scribit, locabant in regiæ vestibulo super eburneũ lectum auro stratũ imaginem. defũcto princpi perquam similem: recũbebatq; pallida effigies in modum ęgrotantis: circa lectũ magnam diei partem assidebat senatus omnis, ad leuam pullis vestibus amictus: ad dexteram lectæ ex omni nobilitate matronæ, in albis vestibus, Is enim color lugubris fuit in muliere olim: omni alioqui ornatu detracto, id septem diebus defuncto datur: Medicis velut adhuc spirantem interuisentibus, denunciantibusque in dies morbũ ingrauescere, Ad postremũ, quasi tũ demũ vita defunctũ equestris senatoriique ordinis iuuenes per viam sacram in forũ deferunt. lecto in rostris deposito, pueri puelleq; patriciis generis composito ab vtraque parte cœtu hymnos in defunctum canunt, flebili carmine modulatos. Dein eburneo lecto cũ effigie ex foxo incãpum Martium translato, ingens ibi suggestus quadrata forma lignea tantũ materia contexitur, multis gradibus in phari speciem fastigio assurgentibus Singuli auro & purpura instrati, signis ex ebore factis, variisq; picturis insigniter excolũtur: ac quo altiores illi minusq; patẽtes, eo minores, his imagines prominebãt. interius erat moles aridis referta fomitibus. Effigie secũdo gradu collocata. oĩbusq; odoramẽtorũ generibus oĩfariã admotis, quæ certatim a tota ciuitate eo cõgerebãtur: nobilissimi iuuenes equestris ordinis trabeati tabernaculo obequitabãt motu quodam Pyrrhichio sollenniq; decursu. Circũagebãtur & currus quibus insidebãt rectores personas illustrium principum gerẽtes: ac tum demũ ab imperii successore face admota circunfusa multitudo ab imis partib. molem incendit ac simul ignis cœpit inualescere, ex ædificii fastigio aquilla emittitur, quę principis aĩam ĩ cœlũ ferre putabãt. Quę p hęc Romanorũ princeps consecratus esset: vana superstitiõe inter deos

Consecrãdi ratio.

Albus color lugubris in fœminis, niger in viris.

Recentes Italię mores.

colebatur, & hæc de vrbis Romanæ ſtatu. Hodie Italia omnis Chriſtianã pietatẽ religioſiſſime obſeruat, ſacrorũ cæremonias ex Romanæ eccleſiæ inſtituto: niſi forte in vltima eius terræ parte pauci grecũ ſeruent ritũ, & ipſi quidem græci generis, vinum cõnubium vt Itali olim, ſed circa repudiũ: neq; id permittitĩ niſi magna de cauſa, Romaniq; põtificis permiſſu. Regũ nobilium principũ primogeniti veteri inſtituto regnũ obtinẽt: in priuata fortuna virilis ſtirpis liberi ex ęquo fiũt hęredes, ſed legitimo thoro nati. Triplici iure vtitur Italia põtificio, Cęſareo, & Municipali: cõſtat hoc ex legib⁹ quas alię ciuitates alia ſibi de cauſa cõdũt, ad bonũ æquũq; ſpectat. Iudicia rerũ ciuiliũq; negotiorũ, hic iudiciũ ordines exercẽt illic magiſtratus, nã nõ vna vbique eſt regiminis forma. Prima nobilitas militię, ſi felix fit, ſequẽs rei literariæ, Sacerdotiũ magis venerabile facit, q̃ nobile. In claritudine literarũ Theologi primas ſibi partes vendicãt. ſecũdas ab his iuris ſciẽtię periti: ſunt & medici ĩ admiratiõe, ſed maiore quęſtu: Mathematici, Dialectici, Aſtranomi. & Poetę magis inter ſe clari, q̃ vulgo cõſpicui. Grãmatici extremi oĩm: vt q̃ inter pueros cõſeneſcãt, Eſt ſacris oratorib⁹ grãde nomẽ, ſed maior veneratio, ob pietatis ſtudiũ frequẽtiore agũt theatro, quã forẽſes. His maior quęſt⁹ quã nomẽ. Eſt & Marcatura in magna celebritate, nã p̃ciũ hodie vt ſemper in præcio eſt. Pictores, Statuarii, Fuſores in maiori admiratione, quam agricolæ: etſi, vt auditum eſt. Prima latus apud maiores his debebatur. Romani propemodum ſoli Italorum pecuaria exercent, ſed mercenaria externorum hominum opera.

Veſtitus Italorum diuerſus

Veſtitus alius alii, ſed veneris laxitate inſigni ac prolixitate: & in his vrbibus municipali ſumptuoſior. Secundum Venetos ciuilis & nitidus Florẽtię, & cæteræ Hetrurię Mediolanẽſibus ac toti Aemiliæ Ligurięq; floridior, ſed paulo contractior. Romæ Aulicus prolixitate varietateque colorum omnes alios antecellit, Romanus multo frugalior, ſed cui ſuus non deſit nitor, præſertim

Romanorum veſtitus

in fœminis, Neapolis magis nitido vtitur quàm ſumptuoſo, & extern⁹ gratior Italico. Cętera Italia ſimplici⁹ veſtitus, nec vnus habitus oĩbus: quippe quẽ noſtra

memoria sępius variari cõtigit. Ecce in Aemilia & tota Gallia Cisalpina gaudẽt principes fœminæ in Hispanico habitu videri, viri in Gallico malunt, Iam & Romæ muliebris sexus Tuscum nuper effectabat: Venetiarũ matronæ his paucis annis vlnas, pectus, & humeros nudabant, nunc omnia contegunt, ac laxioribꝰ vtuntur manicis, & in Hispanicum degenerant. Veteres Romanorũ statuæ numismata arguunt nullũ apud maiores fuisse tegẽdi capitis vsum, nec caliga fuit nisi militaris: est hodie vtrunq; vulgatissimum, sed tegere caput translaticium in Italia, vt credere est: quod nomẽ etiam declarat: nec lanei aut linei thoracis adeo frequens vsus olim: quod ex veteri statuarum figuratione potest intelligi. nunc omnis iuuenum cultus in his sese propemodum effert. Italicus sermo neque ille est, qui olim fuit, nec omnino ab eo diuersus, sed barbaris vocibus plus minusve adulteratꝰ, vt hæc aut illa regio fuit externis gẽtibus magis obnoxia Littoralis Histriæ ora venata plurimũ vtitur lingua, quæ compta est, & grauis, plurimúmq; linguarum flore conflata: quod facile contigit in frequentissimo Italicarum gentium commercio: olim multo simplicior fuit, ac minus auribus grata. Carnibus sermo plures sonat linguas, ac nescio quid ab Italico diuersum, dulcior auditu, quo Taruisium, Patauium, Verona Vicentia, Mentua, Ferraria vtũtur: sed in his vrbicus gratior agresti. Cisalpina Gallia externum quendam & nostro alienum sonat. Nulla alioquin gens cultior aut vrbium apparatu, aut victus frugalitate. Rauennæ, Arimino. Pisauro, Fauẽtiæ, Bononiæ, & vniuersę Aemiliæ, flaminiæ venustus sermo. Tuscis breuis, & velut Laconicus, in alieno quam suo ore, gratior. quod Romę nuper offendebat commercio gentium indies magis excolitur. Picenis & Sapinis & Marsis crassior castigatiorq;, Vmbris, Apulis, Lucanis, Arutiis, Samnitibus & cæteræ Italiæ rudior lingua ac minus peregrinis imputat, præter Neapolim, vbi plærique Hispanicum affectant, quod si quis altius spectet atque in vniuersum iudicet, nulla est ciuitas, nullus populus, qui nõ aliquid à finitimis differat: autor Antonius Sabellicus Enneade. xi. lib. i.

Principũ fęminarũ vestitus.

Tegendi capitis apud Italos olim nullus vsus.

Veneta lingua.

Carnibus sermo.

Cisalpinæ Gal. sermo & laus.

Tuscꝰ sermo laconicꝰ breuis Romanus sermo.

¶De Liguria Ligurúmq; prifco viuendi more.
CAPVT XX.

Liguria Italiæ regio pro maiori parte montuofa, inter amnes Varum & Macram, ab altero latere Apenninum habens, ab altero Padum Tufciam attingens: cuius caput nūc eft Genua. A Ligyfto Phaetontis filio dicta, cōuerfione Y in v, vt pictor Fabius prodidit: horum gens Siculi fuere, vt Thucidides arbitratur, Magna pars Italiæ eft ab his olim poffeffa. Siculi ab Oenotris Italia eiecti Siciliam tenuerūt. Ligures Labores plurimo continuo vitam duram agunt: nam multis arborib⁹ oppleta regione materia eft ad naualem fabricam præcipua: arbores tanta craffitudine, vt diametri octonos pateant pedes. Vnde quidam cædendæ materiei, quidā fubigendo agro lapidum afperitate cultu difficili vacant: ita enim terra lapidofa eft, vt gleba abfq; faxo nequeat effodi, ob quod vitæ ærumnofæ natura affueti: licet multo in labore verfentur, parum tamen percipiunt emolumenti: continuunt vero exercitiū, & victus parcitas corpora eorum macilenta effecit ac robufta. Mulieres quoq; virorū labores perferunt, affuetę vna cum viris opus facere. Venationibus continuo vacant, captifq; feris fructuū inopiam fuftentant. Niuib⁹ infuper montanifq; afperitatibus affueti agiles corpore ac validi redduntur. Nonnulli meffis raritate carnes partim domefticas edunt, partim ferinas, aqua in potū fumpta, Oleribus vtuntur, prout fert regio eorum, ad quos neq; Ceres venit, neq; Dionyfius, præ cæteris diis hominib⁹ vtiles. In terra cubant vt plurimum, rari fub tecta aut in turguriis iacent. Plures ad cōcaua faxa fpeluncáfq; ab natura factas, vbi tegantur corpora, diuertunt Hoc pacto prifco more abfq; apparatu aliquo viuunt, Deniq; mulieres virorum, viri ferarum robur & vires habent, Afferunt in bello fæpius vegetum Gallum ab gracili macilentóq; Ligure ex prouocatiōe finguli certamine vinci. Arma habent leuiora, quā Romani. Operiuntur corpora fcuto longo ad formā galaticorū facto, tunicaq; fuccincta. Armātur etiam ferarum pellibus, ac enfe mediocri. Quidam Romanorum confuetudine, quos in ea re imitati funt, arma immutarūt, fe-

Liguriæ fines.

Siculis ex Italia in Siciliam cōpulfi.

Ligurū ftudia.

Mulieres in labore viros adiuuant.

Victus Ligurum.

Habitacula.

Robur corporū.

Arma.

Ferocitas

roces sunt & acuto ingenio, non in bello solum sed in communi vita. Mercaturam exercent, nauigantes per Sardonium Libycumque pelagus, sponte se grauibus maris periculis obiectãtes, scaphis enim haud satis cęterarum nauium more præparatis nauigant: quo fit vt imminente tempestate grauia subeant vitæ discrimina Gens hæc vt Ant. Sabellicus primo lib.7.enneadis habet, adhuc ferox est, & ad rebellandum nata, vt quę diu Romana exercuit arma, plurimum pecore victitat, lacte, hordeaceáq; potione.

Niuigantes mercaturã exercent. Recentes mores.

¶De Tuscia & gentis eius antiquis moribus.

CAPVT XXI.

TVscia Italiæ regio celebris, à sacrificiis, vt quidã arbitrantur, dicta: nam Græci θύειν sacrificare dicũt, vel à thure, quo maxime in sacrificiis vtimur, vel à Tusculo Herculis filio, quod veteres probant. Olim Tyrrhenia dicta fuit. Dubium à Tyurrhenio Atys, an Herculis & Omphales, an (vt alii scribunt) Telephi filio, qui in eam terrã duxerit colonos. Dionysi⁹ à Tyrsibus ædificiorũ genere, quibus Tusci vterentur id nomen factum suspicatur. Romani eius terræ populos nunc Tuscos, nunc Hetruscos dixere. Gręci vero Tyrrhenos. Veterem illorum opulentiam, tum pelagi nomen demonstrat magna ex parte Italiæ prætenti, tum fides terrę ab infero ad superum mare, & ad alpes propemodum promoti. Satis constat quòd quicquid terræ intra alpes iacet & Apeninum Vmbrorum olim fuisse qui inde à Tyrrhenis sint eiecti, Tyrrhenia Gallis, Galli à Romanis, Romani a Longobardis, qui postremo nomen ipsi terræ indiderunt, & quod ad celebritatem nominis attinet, Latini, Vmbri, & Ausones a Græcis Tyrrheni olim vno nomine appellati. quidam etiam Romã ipsam Tyrrhenã vrbem opinati sunt. Fuit Tyrrhena gens fortitudine egregia magno potita imperio ciuitates condidit plures atq; opulentas. Classe quoq; potens, cũ diutius mari imperitasset, Italum pelagus ab se Tyrrheni denominauit. Pedestri quoq; exercitu pręualida, tubã primo adinuenit, & bello admodũ vtilẽ, & ab illis Tyrrhenũ appellatã. Duces exercitus insignitus decorauit, Lictores, currulẽ sellã, prætextam vestẽ,

Tyrrhenia vnde Tuscia appellata. Tuscietiã Hetrusci appellantur.

Vmbrorũ terra. Longobardia.

Tuba a Tyrrhẽis inuenta.

Inuenta. Tyrrhenorũ plurima.

fasces, sceptrum eburneum, alia multa dedit: domibus porticus addidit, inquit seruorum cõcurrentium turba diuerterétq; imitati postmodum Romani, inq; melius aucta ad suam rempublicam transtulere, literis quoque & rerum naturalium inuestigationi ac theologiæ plurimo tempore impenso, præ cæteris in fulgurũ interpretatione & arte augurandi versata est, adeo vt nostra etiam ætate vniuersus ferme orbis, tum admiretur viros, tum haruspicibus vtatur. In scientia faciendorum sacrorum ita etiam floruit, vt Romani qui non seruãdæ tantum, sed & amplificandæ religionis cupiditate incendebantur, decem principum filios senatus cõsulto singulis Tusciæ populis percipiendæ sacrorum disciplinæ gratia traderent: hinc ludibrium illud malorum dæmonum ad Romanos defluxit. Hinc Bacchalia, quæ vt fœda & perniciosa, magno sunt bonorum cõsensu, autorum suorum supplicio vindicata, ex totaq; Italia sublata. Patriam Tyrrheni vberem incolunt, quã studio curaque efficiunt fertiliorem. Mensa bis in die sumptuose præparata, omnia quę ad epularum delicias pertinent abunde subministrant. Stragulas insuper vestes floribus distinctas, poculaq; aurea varii generis ac ministrorum seruorúmq; numerum permagnũ in vsu habent: multiplices vbi non solum serui famulẽtur, sed etiam liberi plures. Gens in vniuersum magis adhuc superstitiosa est, quam pugnax.

In augurandi arte versabãtur Hetrusci.

Bacchanalia ex Tusciaad Romanos.

¶De Galatia Europea & Galatorum priscis moribus. CAPVT XXII.

Galatiæ fines.

GAlatia magna Europæ regio fuit, vltra Celticam ad notum oceanúmque versus pertinentẽsq; oras, & Hercinium montem (scribit Diodorus Siculis) & à terminis istis ad Scithiam vsque protensa, Sic appellata à Galatæ Herculis & Celticæ cuiusquã mulieris filio. Hęc à pluribus nationibus incolebatur regioque vt plurimum ad arctum sita, frigidáque, adeo vt quę hyemis tempore pro aqua niuibus opplata existat: glacies quoq; immensa adeo patriam occupet, vt flumina cõgelata sint peruia transeuntibus, non solum paucis, sed exercitibus quoque cum curribus atque impedimentis.

Galatia hyemis tempore glacie occupata.

Cõplures magni fluuii vario fluxu per Galatiã fluunt, quorum hi ex profundis stagnis, hi ex montibus, partim in Oceanum vt Rhenus, partim in Pontum vt Danubius, alii in Hadriaticum mare decurrunt, vt Eridanus, qui & Padus, Sed in omnes fere hyemis tempore congelati securum transitũ iniectis desuper (ne labantur) paleis euntibus præbent. Vinum & oleum propter eam frigiditatem regio nõ producit, quare coacti homines potum sibi ex hordeo comparant quem zitum appellant: aqua etiam, in qua lauant fauum mellis, vtuntur. Vino præter modũ adeo delectantur, vt à mercatoribus importatum purum bibant, minimóque potu ebrii, aut somnum inducant, aut insaniam: quo fit vt mercatores Italici plures quęstu ducti vinum, tum nauibus, tum per terram curribus deferentes pincernam puerum mercantur pro vini amphora. Vniuersa Galatia argento caret, auro abundat, illud natura ipsa præbente. Nam cum fluminum decursus difficiles flexus habeat, superans ripas à montibus fluens aqua, arenam auream passim per campos eiicit, qua conflata, auroque puro educto ad ornatum corporis mulieres virique vtuntur: etenim & manuum articulos, & brachia armillis aureis exornant. Circa collum grandes torques gestant ex solido auro, & in digitis annulos. Thoraces etiam auro exornant. Priuati quid ac mirabile in deorum templis potentiores obseruant, plurimum auri ipsis diis oblati per pauimentum spargentes, neque id quisquam incolarum, quamuis gens auri sit auida, propter religionem contingere audet. Sunt Galatæ molles atque albi, corpore oblongo, comas quamuis habeant natura rufas, studio tamen augent naturæ colorem. Calamistro capillos inflectũt, fronte illos ad ceruicem reiicientes, vt Satyris aspectu puerisq; appareant: persimiles: capillos arte efficiunt crassiores, vt nihil differant ab equorum iubis. Barbam quidam radunt, nonnulli nutriunt. Parce nobiles quidam radunt: barbam adeo fouent, vt corpora operiat. Quo accidit, vt cum edant repleatur cibo: cũ bibant veluti per cannale potus videatur inferri. Cœnant sedendo omnes, non tamen in sedibus, sed in solo super luporũ aut canũ in-

Zitũ ex hordeo potus.

Vini appetentissimi.

Auro abundat Galatia.

Corp⁹ auro exornãt Gala.

Aurũ in templis sparsum.

Corporũ Galatarũ dispositio

Barbã nobiliores nutriunt.

Sedẽtes in solo cœ-

nant Galatæ. ſtratís pellibus. Miniſtrant ei pueri iuniores ætate tenera iuxta eos ignes fiunt, in quibus ollæ ſunt, & verua plena carnibus, viros bonos mulieribus carnibus honorant, quemadmodũ poeta Aiaci ſcribit, impenſum ab optimatib9 honorem, quãdo ſingulari Hectorem certamine vixiſſet. Hoſpites ad epulas, qui ſint, qua cauſa venerint rogantes. Conſueuerũt quoq; ſumpto cibo ad verborũ, prout caſus tulit concertationem ſurgentes ex prouocatione certare inuicem, nulla habita vitæ cura: increbuit enim apud eos Pythagoræ ſententia, qua dixit, animas hominum eſſe immortales, rurſúſq; eas defunctis corporibus poſt certum tempus in alia corpora reuerſuras, ob hanc cauſam in defunctorũ pyram epiſtolas ſcriptas quidã coniiciunt, tanquã eas mortui ſint lecturi. In itinere ac pugna bigis vtuntur, quas rhedarius ac aſſeſſor ducunt. In bellis obuium hoſtem iaculo ex curru primũ appetunt, tũ relicto curru pedites enſibus certant: quidam adeo mortem contemnunt, vt pugnent nudi, Cuſtodes corporis ex liberis hominibus pauperes eligunt, qui & pro aurigis in pugna ſeruiant, & ferant ſcutũ, inſtructam aciem præire conſueuerunt: & ad ſingulare certamen fortiſſimos hoſtiũ prouocare, arma vt hoſtem terreant quatientes. Quũ quis ſtrenue in acie pugnauit, tum maiorũ, tum ſuas laudes ac virtutes decantãt: res hoſtium deprimunt, tanquã vituperatione dignas: deniq; oẽs in bello audaces extolunt verbis. Capita hoſtium in acie cadentiũ abſciſã equorũ alligant collis. Hoſtium ſpolia ſanguine perfuſa famulis tradunt in foribus domorum cum cantu atq; hymnis affigenda, quemadmodum feras ſolent venatu captas. Hoſtium nobiliorum capita aromatibus vncta in tectis condunt ſumma diligentia, ea hoſpitibus oſtendentes, nullóq; pro precio ea vel parentibus vel liberis vendunt. Veſtes ad terrorem intonſas ac varii coloris ferũt, quas illi vocãt bracas. Sagula ferũt virgata, hyeme quidem craſſiora, æſtate ſubtilia. Fictilia in vſu habent denſa ac floribus diſtincta, arma ferunt, ſcutum ad ſtaturam hominis longum, proq; libito cuiuſq; ornatum. Quidam in ſcutis animaliũ formas æreas paulum eminentes geſtant, & ad ornatũ, & ad corporis tu-

Ex prouocatione certare ſolent Galatæ.

At, morẽ.

Corporis cuſtodes ex hoĩbus liberis.

Strenuorũ militũ dignationes.

Hoſtium ſpolia domorũ foribus affiguntur.

Veſtitus Galatarũ

Armabellica.

telam fabricatas. Aerea galea caput muniunt paulũ eminentiore in qua aut cornua impressa sunt, aut auium vel quadrupedum effigies sculpta. Tubas habent suo more barbaras, vt quæ asperum sonum & turbelentum reddant. Thorace ferreo vtuntur quidam, alii armis à natura datis nudi pugnãt, pro ensibus ferreas spatas gerunt oblongas, ærea cathena à dextro latere pẽdentes. Nonnulli tunicas aut argenteas zonis cinguntur, iaculis insuper bellantur, quę illi lanceas vocant, ferro cubiti aut amplius lõgitudinis paulominus duobus palmis lato: enses haud minores sunt, quam apud cæteros venabula, habentque tum rectos tum curuos non solum ad corpora cedendum, sed etiam ad perforandum aptos. Aspectu sunt terribiles, vocéq; graui atq; aspera. Sermone vtũtur breui ac subobscuro, multáq; ex animo dubia loquuntur: plurima ad iactãtiam in eorum laudem dicunt, & ad cæterorum contemptum. Minaces sunt ac detractores, opinionéq; inflati acuti ingenio, & à doctrina maxime alieni. Sunt & apud eos melodiarũ poetæ quos, ipsi bardos dicunt, hi cum organis veluti cum lyra cantant, hos laudantes alios vituperantes. Philosophi quoq; ac Theologi, quos vocant Saronidas, præcipue ab illis coluntur. Vtuntur insuper diuinatoribus, qui apud eos cum auguriis & sacrificiis futura prædicent: maximi existimantur omni eis optemperante plebe: de rebus magnis consulturi mirabilem incredibilẽque obseruant ritum ense hominem iugulant, quo labente, tum ex casu, tum ex membrorum laceratione, tũ etiam ex sanguinis effluxu futura diiudicant. Est apud eos moris nullum absq; philosopho sacrificium facere existimantes per diuinæ naturæ conscios sacra fieri oportere, tanquam dies propinquiores. Horum intercessione bona à diis censent petenda, quorũ cõsilio, & pace & bello fruantur. Poetæ vero apud eos tanti habentur, vt cum extructa acie exercitus eductis ensibus iactisq; iaculis propinquant, nõ solum amici, sed hostes eorum quoq; interuentu à pugna abstineant, ita apud agrestiores barbaros ita cedit sapientiæ & Mars reueretur musas. Galatarum fœminæ non tantũ corporis magnitudine sunt viris similes, sed robore etiã. Pueri vt plurimũ

Enses maximi.

Bardi melodiarum poetæ.

Saronidę philosophi & theologi.

mirabilis atq; horrendus ritus.

Poeta in maxima veneratione.

Fœminę Galatarũ viris simi les.

cani sunt, ætate prouecti, colorem paternam assumunt. Eorum qui subtus arcton habitant Galatæ, quiq; Scythiæ sunt propinqui, vtpote cæteris agrestiores nonnullos aiunt humanis carnibus vesci, quemadmodum & hi qui eam Brytanniæ partem, quæ Iris dicitur habitant: horum fortitudine feritatéq; diuulgata trahũt eos, qui priscis temporibus omnem ferme Asiam discurrentes cimerii dicebantur, ipsos esse, qui paulopost corrupto nomine pro Cimeriis Cimbri sunt appellati: iam prisco more dant latrociniis operam rapientes aliena suis omnibus contentis. Hi sunt qui Roma capta, quũ Delphici Apollinis templum spoliassent, magnam Europæ partem, non paruam Asiæ tributariam fecere, agris eorum subegerant possessis. Nam qui in Græciam peruenerunt Galatę, de se partem occupatam Gallogreciã dixerunt, & Galatiam minoris Asiæ regionem, quę ab oriente Capadociam & Halym fluuium habet, ab occidente Bythyniam & asiam, à meridie Pamphiliam, à septentrione ponthum Euxinum. Cæterum Cimbri de quibus iam nobis sermo est, gens diræ supramodum feritatis impietatisq; in deorum sacrificiis inauditę, sequebantur exercitũ mulieres. Sacerdotes diuinationis peritæ, quarum canus capillus erat alba vestis lutea è carbaso subter tunica fibulis annexa ahenis incinctæ zonis, pedes nudę, captiuis per castra strictis occurrebant ensibus, quos sternentes humi ad æreum protrahebant craterem viginti capacem emphorarum. Habebant & pulpitum quo agiliter ascenso, tollentes in sublime captiuum super lebete iugulabant, tum profuso in crateram sanguine inde cum stillaret & vaticinium edebant: alii vero sciffo ventre intestina speculabãtur suis victoriam clamitantes. Noxios quoq; quinquennio sęruatos affixos sudibus sacrificabant, & animantia ex hostibus capta vna cum hominibus interfecta, aut supra ingentẽ pyram posita cõburebant, aut aliis adficiebant pœnis. Et quamuis Cimbri mulieres habeãt speciosas, ad mares tamen præter modum sunt cupidiores. In ferarum pellibus humi dormientes, ex vtroque latere excubitores habent. In ipsis certaminibus extentas ad carrorum velamina pelle tantis pulsant ictibus, vt ingenti cum

Sacerdotes fœminæ.

Crudelis vaticinãdi ritus.

Noxios sacrificabant.

Cimbri.

Cimbri ad mares cupidiores.

horrore fragor efficiator. Sed illa admirãda eorum impudentia, quod speciẽ corporis facile alii offerunt propatulo, neq; hoc turpe dicunt, quin potius ignauũ abnubere gratiam oblatã. Fertur à Valerio maximo Cimbros & Celtiberos in acie gaudio exultare consueuisse tanquam gloriose & fœliciter vita essent excussuri: Lamentari vero in morbo quasi turpiter perituri. Impudentia Cimbrorũ admiranda.

¶De Gallia Gallorúmque veteribus & recentibus moribus. CAPVT XXIII.

GAllia lata Europæ regio inter Gallicum internũ mare oceanúmq; Britannicum, Rhenum, Alpes, & montes pyræos iacens: Pyrenęis iugis ad occasum excluditur, ad septentrionem & Boream Gallico, Brytannicóq; oceano: ad orientẽ solem Rhenus illi paribus pene spaciis ex alpibus in oceanum, quibus Pyreneum iugum ex interno mari ad externum percurrit, qua meridiem spectat Narbonense illi prætenditur pelagus, Gallia appellata à cãdore populi Galla enim lac dicitur. Triplex est, Tonsa siue togata, quæ & Cisalpina dicitur, sed Italię finibus includitur. Comata cognominatur omnis Transalpina Gallia, eam in tres prouincias à tribus populorum generibus hystorici diuiserũt, Belgicam vedelicet, Celticam, & Aquitanicam: terminos illarum ita statuentes, vt à Scalde ad Sequanã Belgica sit dicta, mox Celtica ab eo ad Garrunnã quę eadem est & Lugdunensis, inde ad Pyrenæi excursum aquitanica, olim Aremota vocata. Augustus quadrifariã diuisit addita Lugdunensi prouincia. Amianus in multiugas prouincias diuidit, vtpote qui primam & secundam Lugdunẽsem & primam secundam Aquitanicam faciat. Bracata, quę & Narbonẽsis dicitur, à Braccis vestium genere sic vocitata. Belgica, quę Rheno adiacet, pro maiori parte lingua Teutonica vtitur, prouincias habet, Heluetiam, Alsaciam, Lotharingiam Lucelburgam, Burgundiam, Brabantiam, Gelream, Hollãdiam, Salandiam. quæ omnes, nisi Rhenus antiquus terrarum limes abscinderet. Germaniæ nostræ potius annumerandæ essent, ex quo hodie & cõsequenter etiam non montes, non flumina pro regionũ terminis habentur, sed singulę linguę & imperia. Eoúsq; vnamquamq;

Gallię. 4. termini.

Gallia vnde appellata.

Diuisio Galliæ.

Braccata siue Narbonensis, Gallię regiones.

Galli à Græcis olim Celtæ, hodie Franci appellãtur.

regionem extendi dicant, quoúsq; gẽtis illius seruo versatur. Galliæ populos Græci cõmuni appellatione olim ab eorũ regis nomine Galatas, Franci hodie vocantur, & Gallia francia, à Francis Germaniæ populis, à quibus olim tota subacta est, vt Baptista Mantuanus in Dionysio suo: & M. Antoni⁹ Sabellicus lib. 3. 10. enneadis habent. Cæsar dictator Gallicas gentes lingua, legibus & institutis inter se differentes dixit, multa tamen multis communia esse, vt factiones exercere, quæ non solum in ciuitatibus & pagis, sed in singulis pene familiis vulgo reperiantur, vt qui ingenio & opibus polleant, inter se de principatu contẽdant, vt cuncta suo potius quàm alterius arbitrio fiant, quod vt gẽtile, ita vetus esse nec temere institutum videri, vt tuta plebs esset à potentiorum iniuria, nusquam gentium plebs alioqui contemptior: quippe quæ olim seruitii pene loco haberetur, omnis publici consilii expers, plæriq; tributorũ, aut alieni æris magnitudine grauati, vulgo soliti se nobilioribus addicere, vt a cæterorum iniuria tutiores essent, omnia in eos iura, vt in seruos, habituris. Duo hominum genera in præcipuo honore esse, Equites est Druides alii Bardos & Vacies Druidibus abiiciunt, quorũ hi naturalium rerum causis dediti essent inuestigandis, illi laudationibus & poeticis rebus. Cæsar vno nomine omnes Druidas vocat, hi sacrificia curare publica & priuata, religiones interpretari adolescentes disciplinos instituere, quorum cœtib⁹ præcipue venerari: iidem de cædibus de finibus, cæterisq; controuersiis cognoscere pœnas cõstituere. si quis siue publicam, siue priuatam personam gerens decreto non stetisset, sacrificiis interdicere, quæ præcipua fuit in gente animaduersio. Druides omnem hominum congressum & sermonem declinare, ne contagione polluerentur, his petentibus neq; ius ius dici cuiquam potuit, neq; honos vllus publicus communicari, vnus omnibus præesse. cui in vniuersum ordinem summa erat potestas. In huius defuncti velut antistitis locũ alius suffragio surrogabatur, cogebatur horum consilium certo anni tempore in Carnutum finibus. Est is locus Galliarum fere medius, controuersiasque ex vniuersa gente eo delatas suo componebant

Factiões amabant Galli.

Despectissimi omnium gẽtium fuerunt Galli.

Druidum officia & dignitates.

Conciliũ annuũ in Carnutũ finibus.

decreto, vulgo postea receptum, id institutũ, sed ex Britannia translaticium, Parlamentúmq; vocatum, de quo postea. Druides à bellicis rebus aberant, neq; tributum cogebãtur. Multa millia versuum ediscere necesse erat, qui tali se disciplinę tradidisset, vt plęriq; viginti annos in ea comparanda morarentur: neq; fas erat quippiam ad eam cognitionem pertines literis cõmendare, quod ad memoriæ cultum, & scientiæ autoritatem putaretur pertinere. Cæteris Gallis tempestate ea Græcæ literæ in vsu fuere Credere Druides animas nõ interire, sed in alia transire corpora, atq; metu mortis ita sublato audatiores in periculis fieri. Multa desyderibus disputabant de mundi & terrarũ magnitudine, de rerum natura, & Deorum potestate. Mundũ ipsum æternũ, ignẽ & aquã vicissim pręualere. Alterum genus equites, hi cæterorũ ordinum religiosissimi, verũ graui morbo affecti aut periculis cõstituti, pro salute humanã hostiã mactabant. Druidũ ministerio adiuti: Alii simulacra habebant immani magnitudine, viminibus cõtexta, eaq; viuis corporibus plena circumiecto igni absumebantur, supplicia eorũ qui latrocinii alteriusve noxæ conuicti essent diis gratissima arbitrari. Mercurius in pręcipua veneratione esse, quem omniũ artium inuentorẽ prædicabãt. Viarum & itinerũ ducẽ, & ad quæstũ faciendũ plurimũ prodesse. Marti in pugnã ituri quicquid cepissent pro victoria vouebant, visebantur ob eam in plærisq; vrbibus ingentes tumuli, bellicis spoliis cõstructi. Si quis ex præda aliquid fraudasset graui supplicio id scel⁹ vindicabant. Se ex Dite procreatos persuasum habuere, ob idq; initiũ festorũ dierũ ab ea nocte capere, quę festam lucem præcessisset, rati noctẽ illi sacram esse. Liberos ad conspectũ suũ nõ prius venire patiebãtur, quã per ætatẽ adoleuissent, vt militaria iã obire munia possent. Turpissimũ arbitrantes filiũ adhuc puerũ patri assistere. Viri quãtas ab vxore pecunias dotis noĩe accepissent, tãtundẽ domesticarũ fortunarũ ęqua æstimatione cum dote cõferre: quicquid inde fructũ preciperetur id diligẽter asseruari eiúsq; esse qui superstes alteri fuisset Viri in vxores, sicut in liberos, vitę & necis potestatem habuere Si qua veneficii cõuicta esset, à propinquis ma-

Opiniões Druidum variæ.

Alterum gallorum genus equites.

Mercuri⁹ in veneratione gallis erat.

Galli se ex dite natos dixere.

Viris ius in vxores & liberos

riti igne sæuisq; cruciatibus necari. In funere omnia, quę viuis chrissima fuissent cremare cum defunctis: animalia etiã ipsa, nec multũ antequã C. Cæsar eam terrã debellasset, clientes & seruitia funebri rogo inferebantur. In ciuitatibus quę optimę institutę erant primis primores multi gubernabant: Ducẽ vnũ primis temporib⁹ ad annum eligentes, sicut & in bello vn⁹ à multitudine designabatur Imperator. Si quis de republica aliquid à finitimis fama cõpertũ haberet, id ad Magistratus deferebat, quædã suo arbitrio occulta, cætere pro cõditione palã facere. De republica nisi publicis loqui nemini licebat. Qui in cõsiliũ vltim⁹ veniebat necabat̃ Qui tumultuabat̃, ad eũ minister stricto occurrebat ense & minitabund⁹ silentiũ imperabat, qui si nõ desistebat, secũdo ac tertio id idẽ factitabat, deinq; tantũ illi abscindebat è sagulo, quod residuũ esset, redderetur inutile. Magistratibus aurea sunt gestamina, collo torques, manib⁹ & lacertis armillę, Vulgus sagis vestitur, scissoq; pro tunica amictu, qui vix nates integeret dimidias, lana quidem aspera, cęterũ oblõgis villis, vnde & sagula hirsuta texunt, quę lenę vocãtur, Comas studio nutriebãt, corpora gẽti proceriora, & vulgo cãdida, & secundũ ea armatura æqualis. gladius longius à dextero latere depẽdens, clipeus etiã longus hastę ad proportionẽ: & Merispeltę genus est: arcubus plæriq; vtũtur, cũ telo certiorẽ infligunt ictum, quo in aucupiis potissimũ vtũtur, paucissimi bellum fundis & fuste ineunt. Humi cubant, cœnitantes in stramentis assident, plurima cum lacte illis esca: carnibúsq; multifariã pręsertim suillis & recentibus & salitis. Sues in agris nutriuntur, & proceritate robore & celeritate præstantes adeo, vt insueto cuipiã accedenti non minus quàm a lupis periculum immineat. Tam copiosi illis & ouium & porcorũ greges sunt, vt hinc saginarum & salsamentorum abundantia, non solum Romę sed & pluribus Italię partibus suppediretur. Domicilia & pluteis & cratib⁹ in testudinis, speciẽ faciebant, & quidem permagna multis impositis lacunaribus Ferox omnibus ingenium, ingenia simplicitas, plus virium quam consiliis in bella afferunt maius bellorum quam agrorum studium. Mira fœminarũ fęcun

Ciuitatũ administratio.

Aristocratia.

In concilio tumultuans.

Vestitus Gallorũ

Arma bellica Gallorum, Alimẽta.

Ouium & porcorum diuites galli. Domicilia Gallorum.

ditas vt ter centum & amplius armatorum millia gens vna Belgica ad bellum olim mitteret : victoria supra quam dici possit, vincẽtibus læta, victis stupor. E prælio decedentes ceruicibus equorum hostiũ capita suspẽdũt, eaq; domũ delata, vt sint spectaculo postib⁹ affigũt. Illustriũ virorum capita cedrinis condiẽtes odoribus peregrinis ostentãt, nec tantidẽ auri redimi dignabantur. Gentile & veius aureos torques excollo suspendere, manibus & lacertis armillas inducere, vestes auropictas gestare. Hominem diuinationi destinatũ in tergo ferientes ex ipso impatientiæ afflictandique modo vaticiniũ capiebãt. Tradũtur & alia humanorũ sacrificiorũ genera, quosdam sagittis configebãt, & intra sacras ędes patibulo suffigebant, magnamque è fœno chorto statuam apparantes, eiq; lignum iniectantes pecoraq; & varias immitentes beluas atq; homines holocaustũ faciebãt. Erant Galli ex assiduo labore & exercitio fere oẽs olim macilenti corpore, ventresq; minime ꝑpendebãt, nã saginã adeo deuitabãt vt adolescẽtes, qui zonę mensurã ventre excederẽt publice multarentur. Cæterũ, Romanorũ cõmercio multa mutari contigit, tempus inde omnia in melius vertit. Obseruantissimi itaq; hodie verę pietatis sunt, regis imperiũ late omnia tenet Matrimonia Italico ritu celebrant, liberales artes multis curæ existunt, & imprimis diuinarũ studia. Gymnasium, quod Parisiis est, id demõstrat, omnium quę hodie sunt in terris celeberrimum, Sunt & Romanorum literarum appetentissimi, ac latinarum ęmuli, in eo studiorũ genere, nec Gręca aspernantur, Penes magistratus iudicia sunt, regũ est hos legere. In bellis cataphrato equite vtuntur, pediteque leuiter armato: vtuntur & sagittariis, qui longiores intentunt arcus: nec corneos, vt Scythæ & totus fere oriẽs, sed ex Taxo, aliave duriore materia, comitãtur belli ca tormẽta exercitũ, curribus vehuntur, magis ordine quã agminibus dimicant, maiore ferocia quam arte, quanquam hanc quoq; in administrando bello haud negligant. Attalos vocant caduceatores, hi belli pacisque nuncii colunt⁹ regem incredibili affectu. Multa religione in templis, in religione sanctitas sacrorum antistitum maiestas, in clero

Hostiũ capita posti b⁹ affigũtur.

Galli olĩ oẽs macilenti.

Recẽtes Gallorũ mores.

Artib⁹ liberalibus Frãci studẽt.

Bellica Gallorũ virtus.

Francorũ religio.

dignitas & veneratio multa, frequens in cærimonia cã-
Musicæ studiũ gallis peculiare. tus: & ob eam rem Musicæ studium his propemodum peculiare. in vestitu & calceatu, vel nostra memoria variatum. me puero (inquit Sabellicus) gallicæ gentis aulici omnes citra clerum amiciebantur manicato sagulo, vix dimidias nates tegente, in multas scutulas ab imo ab summum complicato puluinatoque circa humeros. Calcei anteriore parte in tenue cornu protenti semipedalis longitudinis, qualis nunc species visitur in gentibus auleis, tegmen capitis, id Biretum dicũt, oblongum, ac veluti in conum exiens. At nũc omnia mutata, Calcei à fronte vehementer expansi in modum vrsini pedis, retro castigatior forma, ac vix calcanei capax laxior vestitus ac multo demissior quam antea, ad media fere crura descendens, laxis manicis ab vna parte desectis, teniis versicoloribus tectis & ex obliquo cãcellatim sago assutis Laxus pileus ac plurimum punicei coloris, sed Biretum multo laxius, male capiti cohęrens, vt nihil sit alioqui ipsa gente cultius. Cepit his paucis annis nostrorum hominum animos incredibile studium eius cultus imitandis atque adeo mos inualuit, vt tota fere Italia Gallico spectaretur habitu, manifesto presagio eorum quę postea secuta sunt. Mulieris habitus nihil fere mutatus. Et Galliam Baptista Mantuanus in Diony. suo libro secundo metricæ sic describit.

Vestitus Francorũ

Italia in Gallico habitu delectata

Gallia terreni pars est non infima mundi,
Sed longe lateque patens, Hispanica tangit
Oppida ab occasu, sese coniungit ab ortu
Italiæ: nostro hinc pelago qua respicit austrum,
Clauditur Oceano geminas qua respicit vrsas,
Vnde venit Boreas hybernaque frigora surgunt,
Et vada Theutonici tangit vastissima Rheni.
Terra hominum, frugumque ferax, armenta, gregesq;
Vberibus pascens glebis, non languida cœlo
Tabifico: non mortiferis infesta venenis,
Vt Libyæ: non perpetuis adoperta pruinis,
Sicut hyperborei montes non torrida ab æstu,
Qui faciat steriles, vt decollor India, campos
Non etiam noctis pallens semestribus vmbris,

Quale sub arcturo positum mare,& vltima Thile:
Sed nec vt Aegyptus,qua fusa palustribus vndis,
Sed cœlo & teneræ fœcunda vligine terre.
Et paulo post.
Ignea mens Gallis & lactea corpora:nomen
A candore datum populis,muliebria pingit
Ora color tyrius:Paphium meditata decorem
Ex geminis fecit natura coloribus vnum:
Læti,alacres, lusu, choreis & carmine gaudent:
In venerem proni , proni in conuiuia,proni
Ante dapes ad sacra Deum:seruire iugumq;
Ferre negant:fugiunt figmenta & hypocrisin,ore
Liberi,vt ingenuis mos est,tetricosque perosi:
Venatu,aucupio,campos,montana,lacusque,
Sollicitant:bellandi vsu lætantur,equorum
Terga fatigantes:loricæ hastilia & arcus
Delitiæ genti:sub dio ad sydera somnum
Carpere,fuscari sole & ferrugine pulchrum est:
Puluere conspergi,grauibus sudare sub armis,
Pro patria,pro cognatis,pro regibus ire
In pugnam & glaudios,& morti occumbere dulce est.
Aegoceros genti dominans:si credimus astris.
Si damus hoc cœlo arbitrium:cito mobile pectus
Cordaque largitus,rerum sitibunda nouarum.

ægroceros,i. capcorn⁹ Fracis dñatur

Non inconueniens alienumque ab instituto videtur hic præcipuum regiæ francorum ornamentum Parlamentum ponere . quis illud à principio instituerit , aut vnde originem habeat . à scriptoribus aliud non traditur , quam vt supra significari à Druidibus receceptum,aut longo tempore ad nostram vsque ętatem obseruatum credere est.Nam & illud , quemadmodum Druidum consilium,Carnuto quotannis tempore & loco,quem Rex designasset habebatur hoc modo .Conueniebant ex cunctis prouinciæ ciuitatibus viri consuetudinum & iudiciorum periti : ad inque an rea munus delecti , quis ius cuique prouocationem disceptanti dicerent . Sed quia vaga esset incertaque institutio , decreta Parisius curia & sedes est : suntque ad eam iudices designati : qui ibi consistentes perpetui prouocationum definitores essent. Illorum octaginta

Parlaméti initiũ.

Druidum cõsilium.

Curia per lamenti. Parisius.

Decreta. numero ſunt. annua ſtipendia ex fiſco regio percipiũt.
Curię par lamẽti. 4 In curias quatuor diuiſi ſunt, ſeorſumq; ſinguli ſedent, & ſuos pręſidentes habẽt. In prima, qaam ipſi Camerã vocant, præſidentes quatuor ſedent Conſiliarii triginta: hi contentiones & cauſas audiũt, dilationes & quæ ad iuris cognitionẽ attinẽt cõſtituũt, leuiora quędã & temporanea definiẽtes. In ſecunda vero & tertia came ris equati ſedent tam in hac quam illa. 18. Hi Enqueſtrarũ. i. inquiſitionũ conſiliarii dicũt, quod, inquiſitiõi bus præſint ex clero & laicis conſtituti: pręſidentes vtrique quatuor habent, ſententias dicunt, quas conſtitu tis diabus præſidentiũ. i. vnus primæ curię pronũciat: idq; Arreſtum, ratum & fixum vocant: quod ab eo pro uocari nemini liceat: qui ibi reus iudicatus fuerit. 60. li brarũ thuronenſium pręciũ perſoluere curiis debet, & quandoque magis: nã ſi cauſam ſuã nonſatis intellectã aut diſcuſſam exiſtimaret, & ob hoc ſibi iniuriam factã reuoluendæ in iudicium cauſæ ſuæ ipſe poteſtatem ha bet: verum nõ prius auditur, quam duplicatam dictę pe cuniæ ſummã depoſuerit. Quarta curia eorũ eſt. quos Requeſtarũ, id eſt, ſupplicationum & palatii magiſtros appellãt: ab illis eorum cauſa tãtũ agitur qui regiis obſequiis deputati ſunt, aut priuilegio donati: ne ab aliis curiis infeſtentur, huius curiæ iudices ſex tantũ ſunt & ab eis prouocare ad Parlamentũ licet. In decidẽdis cau ſis cum nodus aliquis, hoc eſt magna difficultas offertur, hæc omnium currarum conſiliariis cõgregatis diſcutitur, quod etiã fit in his quæ Rex de republica ſtatuit, huius enim ſenatus decreto omnia æduntur Habet & parlamentum cõiudices, dum adſunt Francię pa res, & alii ſupplicationũ magiſtri familiares regis comittes, qui poſt primæ curiæ præſides primi ſedent. il
Frãcię pares. 12 numero. lis enim cum Franciæ paribus regalium & parium cau ſæ definiendæ commituntur. Sunt autem Franciæ pares ex omni nobitate duodecim ſelecti Remãſis, Laudunenſis, Lingonenſis Epiſcopi Duces: Bellouacenſis, Nonionenſi, Catalaunenſis, epiſcopi Comites vocati ex ſecularibus etiam ſex, Burgundus, Normandus, Aquitanicus, principes Duces: Flandrenſis, Tholoſanus, & campan⁹ principes Comites. Illos duodecim, vt

refert Rhobertus, Carolus magnus primũ instituit,& secum in militiam ductos pares appellauit, quia ęquali inter se dignitate regi astarent, nec cuiusquã quam senatus Parlamenti iudicio obtemperarent, coronãdoq; regi adessent. Et hi fuerũt & sunt hodie Gallorum siue Francorum mores, talesq; eorum decantati ritus.

Pariũ Frãciæ dignitas.

¶De Hispania & moribus Hispanorum.
CAPVT XXIIII.

Hispania maxima Europe regio, inter Aphricã & Galliam iacens, oceani freto & Pyrenæis montibus clauditur, terris optimis comparanda: nullis post habenda frugum copia, siue soli vbertatem, siue vinearum prouẽtus respicere, siue arborarios velis: omni materia affluit, quæcunq; aut pretio cara esse possit aut, vsu necessaria adeo, vt non ipsis incolis tantum, verumetiam Italiæ vrbiq; Romæ cunctarum rerum abundãtiam sufficiat. Argentum, gemmas, & aurum, si requiras, habet: ferrariis nunquam deficit, nec cedit viribus, vincit oleis: nihil ociosum in ea, nihil sterile, non coquunt ibi sales, sed effodiunt. Non violento sole toretur, vt Aphrica neque assiduis ventis, vt Gallia fatigatur: salubritas cœli per omnem regionem ęqualis, nulla paludũ graui nebula inficitur, sed marina aura perflatur: lini spartique in ea vis ingens: minii certe nulla feratior terra Cursus amnium non torrentes, rapidique, vt noceant, sed lenes & vineis campisque irrigui, æstuariisque oceani affatim piscosi In nulla tamen re magis olim commendata est, quam equorum pernicitate, quos vbi à vento concipit memoriæ proditum est. A montibus Pyrenæis incipit, & per columnas Herculis circumiens vsq; in Borealẽ oceanum protenditur, ita vt oĩa in eo circuitu ad Hispaniã spectent, decẽ millibus stadiis, vt Apianus scribit, eius latitudo cõmensuratur: longitudo prorsus eadẽ esse videtur, ab vna tantũ parte scilicet Pyrenæi mõtis dorso Galliæ ad hæret, à reliqs oĩbus mari cinditur. Tribus distincta nominib⁹ est: nã pars Tarraconẽsis dicitur, pars Bethica, & pars Lusitania: Tarraconẽsis in quo ciuitates clarissimę Pallentia, Numantia, quę hodie Sorta dicitur, fuere, altero capite Gallias, altero Bæthicã Lusitaniãmq; contingens mari

Hispaniæ laudes.

Diuitiæ Hispaniæ Cœli salubritas.

Amnium cursus.

Ad equorum pernicitate Hispania cõmẽdatur.

Diuisio Hispaniæ Tarraconensis & eius fines

latera obiicit, mediterraneo qua meridiẽ, qua septentrionẽ spectat oceano. Alias vero duas fluuiꝰ Anas separat, Ita qđ Bethica, in qua vrbes claræ Ispalis & Corduba fuere, Maria vtraq; prospiciat, ad occidentẽ Atlanticũ, ad meridiem Mediterraneum. Lusitania oceano tantummodo obiecta est, latere ad septentriones, fronte ad occasum versa, in ea ciuitas Emerita quondã clarissima fuit. Hæc regio primo Iberia ab Ibero fluuio, postea ab Hespero Atlantis fratre Hesperia dicta est, vltimo ab Hispali quæ hodie Sibilia vocat̃ Hispania. Corpus hominum ad inediã laborémq;, animi ad mortẽ parati, dura omnibus & stricta parsimonia, bellum quã ocium malunt: si extraneus deest, domi hostẽ quærunt. Sæpe tormẽtis pro silentio rerum creditarum immortui, adeo illis fortior taciturnitatis cura, quã vitæ, velocitas genti per nix, inquies animꝰ plurimis militares equi & arma sanguine ipsorũ chariora. Nullus nisi festis diebus epularũ apparatus, aqua calida lauari post secundũ Punicum bellum à Romanis didicere. In tanta seculorũ serie nullus illis dux magnus præter variatũ, qui annos decẽ Romanos varia victoria fatigauit. Fœminę res domesticas agrorũq; culturas administrãt, ipsi armis & rapinis inseruiũt: breui vtuntur veste ac nigra, lanã habente similem caprarũ pilis. Peltas in bello paruas ex neruis cõsectas, quibus tegatur corpus habẽt, his in bello ea agilitate vtũtur, vt & ictus & sagittas euitent: iaculis ferreis hamitisq; vtuntur, galeas feruntæreas cristatis palmis, gladios ex ferro puro ad palmi mensurã, quibus in cõserta vtuntur pugna. Ferrũ suo more ad cõficiendą arma præparãt. Nã ferreas laminas in terrã abscondẽtes ibi tandiu esse sinũt quoad debiliori parte ferrugine absumpta validior superſit. ex eo tum enses fortissimos tum cætera ad belli vsum arma necessaria cõponunt, hoc pacto fabricata: adeo cędunt omnia, vt neq; scutum, neq; galea, neq; aliud quid eis obsistat. duobꝰ gladiis fulti, cum equestri certamine superiores euaserint, ex equis desiliũt & pedestrem adiuuãt pugnã. Iaculis longe iaciũt & summa arte inacie diutius perseuerãt: mobili corpore leuiq;, vt facile fugiant hostẽ & insequãtur. Bella ab numerũ aggrediun-

Bethica.
Lusitania
Iberia
Hesperia
Hispania vnde appellata.
Gentis conditio.
Fœminæ agros & rẽ domesticã curãt
Vestitus & Armatura Hispanorũ.
Ferrũ gladiis cõficiẽdis vtilissimũ.
Hispanorũ bellica virtus.

tur, hosti obuiant cantando. In pace choceas leui saltu exercent, cum quadã crurum agilitate. Erga nepharios homines atq; hostes crudeles sunt, cũ aduenis humani atq; hospitales. Aduenientes enim externos hospicio benigne recipiunt. adeo vt æmulatione quadã inuicem pro illorũ honore certẽt. Quos aduenæ sequuntur, hos laudãt, amicósq; deorum putant. Mulieres ferrea monilia collo gestãt supra verticẽ coruos incuruos habẽtia, & ante frontẽ longius incumbentes, ad quos, cũ velint velum attrahunt, vt extentũ faciei vmbraculũ prębeat, idq; ipsæ pro maximo ducunt ornamento. Quadam idem in parte tympanulum circunducitur, ad posterioréq; in occipite neruos capiti vsq; ad auriculas ad strictũ in altum latumq, paulatim supinatur. Aliæ syncipuc ex pilatũ enudãt, adeo vt amplius frons ipsa pateat. Aliquę impositũ ad pedis mensurã in sublime stilum erigunt, cui cęsariem circuntexunt, deindéq; pileo nigranti exornãt. Carnibus variis affluenter vescũtur. Potum ex melle cõficiunt, eius copiã prębente affatim patria. Vinum emptũ bibunt mercatorũ opera aduectũ Mirabilis apud eos hęc obseruatur cõsuetudo, quod licet in victus munditia elegãtes existant, vna in re tamẽ ista immundi videntur, & spurcitie pleni: nam vniuersum corpus lauant vrina densésq; fricant, hanc optimã corporis curam existimantes Fuit olim tota Hispaniæ terra (vt nihil obmittatur quod ad regioniscognitionẽ attinere cognoscitur) diuisa in vlteriorem & citeriorẽ Hispanias. Citerior eadem quæ Tarraconensis ad Pyrenæa vsq; iuga protenditur. Alterior in duas per longitudinem prouincias diuiditur, in Bethicam & Lusitaniam. Superioribus annis Hispinia in regna quinque diuisa est, in Castellæ Regnum, Aragonum Portugalense, Nauarræ & Granatæ.

Cantãtes pugnã ingrediũtur Hispani.

Hospitales sũt Hispani.

Nota morẽ admirandum.

Victus.

Lotio Hispani corpus curãt.

Hispania bifariã diuisa.

Regna Hispaniæ quinque.

❡De Lusitania & vetustis Lusitanorum moribus. CAPVT XXV.

LVsitania vlterioris Hispaniæ pars quę hodie Portugalia appellatur, Bethicam à meridie. Tarraconensem ab ortu, ab occasu & septentrione oceanum habens: vt Plinius scribit, à Luso Liberi patris ac Lysa cũ eo bacchãte. Sunt Lusitani Hispanorũ fortissimi, scru-

Lusitania Portugallia.

tatores insidiosi, veloces, agiles, atq; versatiles. Scutis duum pedũ latitudine vtũtur curuis ad anteriora prospectãtibus, quibus neq; fibula neq; ansa vlla est, his in bello ea agilitate vtuntur, vt & ictus & sagitas euitent. Gladiol⁹ aut pugio lateri adhęret. Plurimi lineos Thoraces habent, perpauci loricis vtuntur, aut cristatis cassidibus, nonnulli neruatis galeis. Iaculũ longe iaciunt, & summa arte: in acie diutius persenerãt, mobili corpore leuiq;, vt facile & fugiant hostem, & insequãtur. Pedibus ocreæ adsunt, vnusquisq; plura fert iacula, quidã vtuntur & hastilibus, cuspides sunt æreæ. Aliquos Durio amni vicinos Spartano ritu degere tradunt duobus vtuntur vnguentis, ad calefaciendũq; ignitis vtuntur lapidibus, & frigida lauãtur. Vnicus illis est cibus mundus quidẽ & simplex. Sacrificiis dediti exta prospiciũt, nihilq; concidunt, inspectãt & lateris fibras & contrectantes ventura coniectãt. Ex intestinis quoq; hominũ maxime captiuorum diuinationes captant, sagis velãtes. Inde vbi plaga infigitur ab intestinis sub aruspice primũ ad hominis casum vaticinantur, abscissas captiuorum dextras diis offerunt. Omnes montiũ habitatores victu simplici vtuntur, aquarũ potores, humi cubitores. Longas vt fœminæ inferius diffundunt comas, mitratis frõdibus pugnas ineũt: Hirco maxime vescũtur, quã & Marti immolant, sicut & captiuos & equos. Faciunt etiã Hecatombas. i. cẽtenario numero sacrificia quolibet ex genere, ritu Gręcanico: &, vt inqt Pindarus, oĩa centena ĩmolãt. Gymnica etiã conficiũt certamina. Armis exercent ludos & equis, & cæstibus, & cursibus tumultuaria pugna & instructo per cohortes prelio. Montani hoĩes duabus anni patribus querna vescuntur glande, quã cum siccauerint frãgunt, molũt, panes cõficiunt, & ad tẽpus reponunt. Hordeaceo vtũtur vino, nã vitis opia summa laborãt, idq; ita confectũ e uestigio absumunt. Cõuiuia inter cõsanguineos celebrãtes, pro oleo buthyrũ vsurpãt, sedentes cœnitãt, ædificatos in pariete hemiciclos habentes. Primus sedendi locus cœnãtibus in orbẽ ætati pręstatur & honori. Interpotendũ ducto ad tibiã vel tubã choro saltãt inflexis exultãtes poplitibus. In Basteranis mulieres inuicẽ

Bellica Lusitanorũ virtus.

Spartano ritu Lusitani viuũt

Vaticinãdi varii ritus.

Oĩa cẽtena ĩmolãt Lusitani.

Glãde vescuntur montani Lusitanię

promiſcue innectuntur. Oés fere pullis amicti veſtibus & ſagis. In quib⁹ inuoluti per ſtramenta cubãt. Terrea illis, vt Gallis in vſu ſunt vaſa. Mulieres in roſeis degũt ornamẽtis Nommorũ loco graui admodũ ſarcinarum permutatione vtuntur: vel extenſi argenti laminæ fruſtũ abſciſſum exhibẽt. Deſtinatos neci lapidib⁹ obruũt Parricidas extra montiũ cõfinia vel vltra flumina eiectos ſaxis opprimunt. Cõiugia de more Grecorũ contrahunt Aegrotus vetuſto ritu Aegyptiorũ in plateis deponunt, vt qui eo morbi genere tẽtati ſunt cõmonefacere eos valeãt. Hic eſt montanis viuendi ritus quem cõmemoraui, eis inquã, qui boreale Hiſpaniæ lat⁹ terminãt. Memoriæ proditum eſt, Cãtabros, qui extrema luſitaniæ ſeruant, cũ in hoſtium poteſtatẽ perueniunt, & deinde cruci affixi, lætitię pœna canere. Viros vxoribus dotes tradere, & filias hæredes deſignari, à quib⁹ fratres earũ vxoribus exhibẽtur, tantaq; feritate eſſe, vt matres filios, ne in hoſtiũ manus perueniãt, trucidare, & illud etiã filios parẽtibus facere. Cuidã deo ſacra faciunt, cuius nomen nõ extat. Rotunda Luna tẽpore nocturno ante fores per oés domos pernoctãt choreas agitãtes, virorum & mulierũ cõmunis eſt vtilitas. Rem ipſæ ruſticum exercẽt, Puerperæq; viris miniſteriũ exhibẽt. Hiſpanum & illud eſt, vt de more toxicum apponatur, & olere apio cõſimili cõficiunt, nullum afferens dolorẽ, vt ſi quid offeratur inuiti, in promptu illud habeãt. Eorumdẽ & illud eſt vt ſeſe pro iis, quibus concilientur immolant, & pro eis morti ſe deuouent.

Inter pos tãdũ choreas ducunt Luſitani.

Parricidarũ pœnę.

Curandi ægrotos mos ægyptiacus

Cãtabrorũ mores

Cãtabrorũ ferocitas.

Religio

Toxicũ ſemper in promptu.

¶De Anglia, & Scotia, Hybernia, aliiſq; multis inſulis, & inſulanorum moribus. Cap. XXVI.

ANglia quæ & Brytannia ab eruditis dicitur, inſignis in Oceano inſula triãgulari forma Siciliæ ſimilis Hæc vndiq; à circumfuſo mari complexa eſt nuſquã iuncta continenti, ſed ab omni orbe noſtro diuiſa: quę & quondã ab albis rupibus, qui ad eam nauigãtibus primo apparent Albion dicebat. Troes eam quandoq; incoluerunt, qui Troia à Græcis vaſtata Palladis oraculo digreſſi claſſe in hãc inſulam venerũt, atq; Gigãtes tunc eam incolẽtes multis pręliis victos expulerũt. Hos verũ & ipſos poſt multos annos

Anglia quõdam Britãnia.

Albion.

Troes in Anglia.

Saxones Saxones illustris Germanię populus Anglę reginę au-
in Anglia spicio expulerunt,& agros opésq; insulanorum inter se
Anglia partiẽtes,vt linguæ pariter & gentis memoria in deui-
vñ appel- cta insula sempiterna foret ab Angla ductrice sua ter-
lata. ram illã Angliã dixerũt,quãuis plæriq; sic appellatam
Ambitus putẽt,quasi nostri orbis angulũ. Galliæ & Hispanię se-
Angliæ ptentrionẽ versus opponit̃. Ambit⁹ quadragesies octies
Noctes ę- & septuagintaquinq; milib⁹ passuũ cõstat: dies lõgissi-
statis luci mus,17. horarũ deprehẽditur,& æstate lucidæ sunt no
dæ in an. ctes. Sunt Angli cæruleis oculis, facie adeo venusta &
Venusti statura procera,vt beatissim⁹ Gregori⁹ cũ forte Anglo
suntangli rũ pueros Romę videret,Bene inquit bene Angli dicũ
corpore. tur,q̃a vultu nitẽt vt angeli,oportet illis ministrari iter
salutis æternę. In bello sunt intrepidi,optimiq; sagitta-
Hospitali rii. Fœminę cãdore & forma insigni, Vulgus ignobile
tas Angl. ferũ & inhospitabile : mitior nobilitas ac magis obuia
ad oẽ humanitatis officiũ:aperto capite,alteroq; genu-
flexo hospites salutãt:osculant̃ etiã si mulier sit,atq; in
cauponã ducũt,potãtq; vna,qđ facere minime probro
est,modo oĩs lasciuia absit. In bello nõ agri violantur,
nõ vrbes,sed ad internitionẽ alterius partis dimicatur.
Lupos nõ Oĩa victorẽ sequũtur. Prouinciarũ omniũ prima Chri
gignit stianã pietatẽ cõplexa est, pecoris & lanificii abundãs.
Anglia. lupos non gignit,nec illatos nutrit. idcirco vagũ pecus
Diuitiæ & sine custode securũ. Est Anglia etiã metallis diues.
Angliæ. Aurũ habet argentũ,plumbũ,& cuprũ. Insunt & Mar-
Exotica garitæ,& Gagates lapis, qui ardet in aqua,& oleo ex-
.i. aliũde tinguitur. Vinũ nõ gignit tellus,sed pro eo Ceruisia in
aducta. vsu est. Sunt & exotica vina. Vici & villę in Anglia plu
rimi sunt,& vrbes numero multæ,Lũdonia gẽtis caput
regiáq; sedes,quę nũc corrupta voce Lõdres,copia ne-
Antiqui gociatorũ celebris,& tales infra paucos annos Anglo-
Anglorũ rũ mores erãt. Cæsaris vero tp̃e alios tuebãtur. Nefas
mores. tunc erat leporẽ,gallinã,aut anserẽ gustare, alere tamẽ
voluptatis gratia. Mediterranei plæriq; lacte & carni-
bus sine frumenti vsu, victitabãt, amiciebãturq; pelli-
Glastum. bus. Glosto ora inficiebãt, qui color est cæruleus, vt in
Cõnubia pugna horridiores essent , capillo p̃misso , p̃ter caput
vno tẽpo cæterũ corpus rasitare. Mulieres vno tp̃e denis & am-
re multa. plius viris matrimonio locari , haberéq; eas fratres cũ

fratribus communes, & parentes cum liberis, ac si qui ex his nati essent liberi habebantur, Strabo author est Anglos proceros hoĩes supra Gallorũ staturã esse, capillo breuiore, in quo tamẽ cum Cęsare dissentit, nemora vndique obsepta, vrbes illi fuisse, & in his tuguria, sub quib⁹ & domini & armenta stabulant̃, plurimũ ibi cęlũ esse magis q̃ viuale cũ differenaret, late nebulã obtinere terram, vt quatuor circiter horas meridianũ solẽ non aspiciãt. Scotia suprema Anglię pars est ad septẽtrionẽ tenui freto siue fluuio ab insula dirẽpta: nec procul inde Hybernia, Hyrlandiã vulgus vocat. Indiscreti insulanorũ habitus, indiscreta fere oĩa eadẽ lingua, iidẽ mores, subdita ingenia, & in vltionẽ ꝓna, ferociaq; in bello insignis, sobrii & inedię patientissimi, eleganti forma, sed cultu negligẽtiore. Scoti à pictura corporis nũcupati vt quidã arbitrantur, vetus & vulgare fuit pectus brachia manus incausto figurare, quod in paucis hodie seruatur, atq; iisdẽ siluestribus, veteres scriptores Britãnorum fuisse aiunt, quũ in pugnã ituri essent, corpora sibi tingere, ad terrorẽ, vt credere, par est. Inuidi natura, ac cæterũ mortaliũ cõtemptores. Ostẽtant plus nimio nobilitatẽ suã, vt in summa etiã egestate suũ genus referãt ad regiã stirpẽ. Gaudẽt mẽdacio, nec pacẽ colunt vt cæteri Angli. Scribit Pius põtifex dies ibi brumales triũ ferme horarũ esse, cæterũ & illud mirabile in ea gente obseruasse. Mãdicantes circa diuorũ templa lapides in eleemosynã à prætereuntibus cõtigere, quibus ad vsum ignis vterẽtur. Caret lignis ea regio. lapis qui datur sulphurea est materia aut certe pinguis. Refert quoque Aeneas inuestigatã à se ibi arborẽ, esse sed nõ repertã, cuius caduca folia subiectũ amnẽ prolapsa in volucres verti dicerentur. Adiicit audiuisse postea à locorũ peritis id miraculi in Orchadũ vna spectari. Hybernia insula inter septentrionẽ & occidentẽ solẽ dimidio minor, quã Britãnia cui propinqua est, ab hyberno tempore, vt quidã putant, appellata, adeo pabulosa est, vt ibi pecuaria (nisi æstate à pastibus arceãtur) in periculũ agat satietas. Nullũ noxiũ animal gignit, nõ araneũ, nõ ranã, nec alit aliunde inuectã: oĩa noxia aĩalia alio asportata solo pulueris iniectu necat. Apes in e quõ reperiunt̃

Mãsiones

Cęlũ in Anglia.

Scotia.

hybernia Hyrlãdia

Scoti vnde appellati,

Quare corpora tinxerũt Britanni

Dies Brumãles trium horarum in Scotia.

Insulę qđ mirabilia

De hybernia & gẽtis morib. insulæ vbertas.

Nullũ noxium animal in hybernia

mira cæli temperies, fertilitas insignis. Gens tamẽ inhospita, inculta crudelis. Sanguine interemptorũ hasto pri⁹ victores vult⁹ deturpãt. Fas atq; nefas eodẽ animo ducunt. Puerpera si quãdo marẽ ædidit, primos cibos gladio imponit mariti, inq; os paruuli summo mucrone auspicio alimentorũ leniter infert & gentilibus votis optat non aliter q̃ si in bello & inter arma mortem obeat. Qui cultui student, dentibus marinarũ belluarũ insigniũ ensiũ capillos exornãt, candicãt enim ad eburneã claritatẽ. Viris præcipua gloria in armis est. Montiũ incolę carne lacte & pomis victitãt. magis venationi & ludis quã agrestib⁹ operibus dediti. Mare qd inter Hyberniã & Angliã interluit vndosum inquietũ toto anno: nõ nisi æstiuis pauculis diebus est nauigabile, nauigant autẽ vimineis alueis, quos circundãt ambicione tergorũ bubalorũ, quantocunq; tẽpore cursus tenebit, nauigantes escis abstineãt: freti latitudinẽ in centũ viginti millia passuũ difundi, qui fidem ad verũ ratiocinati sunt æstimarunt. Qui Syllurem insulã tenent hoĩes etiam nunc vetustũ morẽ custodiunt. Nundinas ac nũmum refutant, dant res & accipiunt, mutationibus necessaria potius quã preciis parent, deos percolunt, scientiam futurorũ pariter viri & fœminæ ostentãt. Eubudũ insularũ quarũ quinq; sunt, incolę, fruges nesciunt piscibus tantũ & lacte viuunt. Rex vnus est vniuersis nam quotquot sunt, oẽs angusta interluuie diuiduntur. Rex nihil suum habet, oĩa vniuersorũ. ad æquitatẽ certis legibus stringitur: ac ne auaritia à vero diuertatur, discit paupertate iustitiã, vtpote: qui nihil sit rei familiaris, è publico alitur. Nulla illi datur fœmina propria, sed per vicissitudines in quancumq; cõmotus sit vsuariã sumit vnde ei nec votum, nec spes conceditur liberorũ. Thyle insularum vltima quę circum Britanniã iacent, est in qua æstiuo solstitio sole in Cancri sydus faciente transitum, nox fere nulla. Brumali solstitio perinde nullus dies. Pomorũ copia est: qui illic habitant principio veris inter pecudes pabulis viuunt deinde lacte in hyeme conspergunt arborũ fructus. Vtuntur fœminis vulgo, certum matrimoniũ nullis. Aliæ quoq; existunt insulę in mediterraneo occidentẽ versus, quæ à Gręcis Gym-

Hybernorũ barbari mores.

Hybernis pręcipua in armis gloria.

Syllura insula.

Ebudes insulæ.

Oĩa vniuersorum apud Ebudes.

Thyle insularum vltima.

Nox nulla, dies nullus.

Communia matrimonia.

nesiæ ab incolarũ nuditate qui æstatis tẽpore absq; vestibus incedunt: ab accolis vero ac Romanis Beleares, â fundæ iactu, quod rectius quã reliqui lapides iaciant, appellati. Harũ media reliquis maior est, demptis septẽ Sicilia, Sardina, Creta, Euboea, Cypro, Cyrno, Lesbo. Abest ab Iberia, quæ Hyspania est, diei vnius nauigatione. Minor ad orientẽ spectat, nutriens plurima oĩs generis armẽta, sed mulos præcipue, qui & magni sunt, sonora voce. Vtraq; insula fertilis ac fructifera est, referta habitatorib9, vt qui triginta hominũ millia excedant. Ad vini potũ, quod raro apud eos est, sunt promptiores. Oleo omnino carent, ideo ex Lentisco & porci adipe mixtis vngunt corpora, Mulieres adeo præ cæteris appetũt, vt mulierem a prædonibus captã tribus aut quatuor redimant viris. Habitant in Saxis cõcauis, iuxtaq; præcipites petras. Effocis cuniculis ad corporũ tegumenta vtuntur. & vitæ securitatem. Aureo nummo aut argento nõ vtuntur, quæ afferri ad insulã proxibẽt: existimant enim eo pacto, cũ auro atq; argento careãt sese facile omnes vitæ insidias euasuros. Hanc ob rem cum olim cum Carthaginẽsibus militassent, ex stipendio impenso mulieres ad vinũ emptum secũ tulere. Mirandum vero quod in nuptiis de more seruãt, in epulis enim quæ cum domesticis amicisq; in nuptiis fiunt, primus secundusq; & deinceps secundum ætatẽ reliqui nuptam cognoscũt: vltimus sponso locus ad vxorẽ datur: priuatim quid etiã & à cæterorũ moribus alienũ in defunctorũ sepulchris obseruant. Lignis enim mẽbra corporis incisa in vas cõiiciunt, supraq; saxa accumulant. Arma eis sũt fundæ tres: vna caput cingũt, altera vẽtrẽ tertia in manib9 gestatur. In prelio lapides multo maiores, quã reliqui, ita robuste iactãt, vt ab aliquo tormẽto lapis missus videatur In vrbiũ expugnatione lapidũ iactu eos quidẽ q supra ex ꝓpugnaculis mœnia tuẽtur, vulnerant. In pugna vero scuta, galeas, omnéq; armorũ genus cõfringũt, ita aũt recte lapides propellũt, vt raro effugiat ictũ appetitus locus, qđ eis cõtinuus à pueritia vsus præbet, a matribus ad id certamẽ coactis. Imponũt enim supra lignũ erectũ panẽ, signũ quod iactũ petant, neq; ante cibũ capiãt, quam panẽ lapide eiectum pro-

Gymnesiæ insulæ Baleares insulæ. Iberia, Hispania Dur9 habitandi ritus.

Pecuniæ nullus vsus.

Nuptam conuiuæ per ordinẽ cognoscunt.

sepulchra Armainsulanorũ.

Fundarũ vsus.

Iactus peritia.

De insula à Iābolo reperta.

Jamboli fortuna.

cibo sumūt permissu matris. Nunc de insula in oceano versus meridiē reperta, & quę in ea pręter fidē narrātur deq; inuētionis causa paucis sunt explicāda. Iambol⁹ à pueritia eruditus post patris, qui mercator fuit, obitū, & ipse mercaturę operā dedit, per arabiā transiēs ad aromata emenda, cū sociis itineris à latronibus captus primo cū vno ex cōseruis pastor deputatus est, deinde vna cū eo à quibusdā Aethiopibus cōprehensus, vltraq; maritimam Aethiopiam ductus. Hi cum essent extremi in expiationem eius regionis capti sunt. Mos erat his qui ea loca incolebant Aethiopibus à priscis tēporibus ex deorū responso traditus, perq; progenies viginti, annos vero sexcētos (progenies enim triginta perficit annis) obseruatus duobus hoībus expiationē facere. Habebāt pręparatū nauigiolū ad ferendas maris tēpestates aptū, & quod duo viri facile regere possent. In id sex mensiū victu, quod satis esset ambobus imposito, viros inducentes manducabant, vt secundū oraculi responsa nauiculā versus meridiē dirigerent, vēturos eos ad insulā esse fœlicem & humanos hoīes, qui beate viuerent. Eodē mō & eorum patriā, & ipsi in insulā salui peruenissent, sexcentis annis in pace fœlicitateq; futurā. Sin vero lōgitudine maris territi cursum retro verterēt, tanquā impios ac scelestos omni eorū genti magnarū calamitatū causam præbituros. Aethiopes vero aiunt dies agere iuxta mare festos sacraq; facere optentes quo solida fiat expiatio, prosperum nauigantiū cursum. Hi post quatuor mensiū nauigationē multis acti tēpestatibus, ad insulā deferuntur figura rotundā stadiorū ambitu quinq; millium: insulæ appropinquantibus accolę quidā obuii scapham deducunt, alii accurrētes mirantur alienigenarū aduentū, eos humaniter benignéq; suscipiunt, quę apud se erant illis cōmunicantes. Sunt eius insulę hoīes corpore ac moribus haud nostræ similes eadem tamē corporis forma sed quæ magnitudine quatuor cubitos excedat: horū ossa veluti nerui quo velis flectūtur reflectū rūrq;. Corpore sunt plusquā nos agili ac robusto Nā si quid manibus ceperint, nemo eripere ex digitis potest pilis corpora adeo ꝑpolita: vt ne parua qdē lanugo appareat. Pulchri sūt, decori, & corpore cōposita, auriū f

Aethiopum maritimorū expiatio.

Insulæ descriptio.

Hominū mirabiliū descriptio.

ramina multo nostris patētiora, quēadmodū & lingua à nobis differunt. Habet enim eorum lingua priuatim, quid tū à natura, tū ab ingenio datū, diuisam eīn linguā natura dedit, qua scinditur in inferiori parte, vt ab radice duplex esse videat̃, ita varia vtuntur loquela vt nō solū voce hominū loquētur, sed auium diuersarū imitā tur cātus. Et quod admirabilius videtur vna cū duobus hominibus perfecte simul respondēdo, tū disputādo loquūtur: vna enim linguę parte vni loquitur, reliqua alteri. Parū ibi esse integro anno aërē cōstat, quēadmodū Poeta scribit, Pyrū supra Pyrū, malū supra malū, vuam supra vitē senescere: esse insuper tradunt cōtinuo diem parē nocti, Circa meridiē nullā fieri rei alicuius vmbrā cū supra verticē sol existat. Viuunt autē secundū cognationes ac cœtus, qui tamē quadringentos nō excedant. Habitant in pratis ferente absq; cultura spōte sua vberes fructus terra. Nā insulæ virtus aerisq; tēperies terrā sua sponte frugiferā, vltra quā satis est reddit. Nascūtur apud eos arundines plurimæ ferentes vberē fructū albo eruo persimilē: hos collectos spargunt aqua calida, quoad actus ouis columbæ magnitudinē æquat, ex his post modū cōtritis panē cōficiunt dulcedine pręstantē. Sunt etiā in ea aquarū fontes permagni, ex quibus partim aquæ calidę ad vsum balneorū, ad curādosq; morbos manāt, partim summa dulcedine frigidę, quę ad valetudinē cōferūt. Est quoq; oīm doctrinarū maximéq; astrologiæ apud eos cura, Vtuntur literis quas habēt viginti & octo secundū virtutē significandi, characteres vero septē, quarū quęlibet quatuor interpretat̃ modis. longissimę sunt ętatis, vt qui annis centū quinquaginta agāt, & absq; aliquo (vt plurimū) morbo. Si quis febricitat aut corpore æger fuerit, mori statuta lege cōpellunt. Nō scribunt per latus, vt nos sed à superiori parte recta linea ad inferiorē. Mos est eis ad certā vsq; ætatē viuere, qua perfecta variā sibi mortē spōte cōstituunt. Gemina est apud eos herba, supra q̃ si quis iacet in suauē deductus somnū morit̃. Mulieres minime nubūt sed oībus sunt cōmunes. Simili mō & fili deducant̃ cōmuniq; amore sunt oībus. Abducūt sępi⁹ à nutriētibus infantes ne matres filiū recognoscāt. Quo fit vt cū nulla

Lingua duplex à natura hominibus.

Insulæ vbertas.

Terra absque cultu ra frugifera.

Fontes salubres.

Doctrinarū cura.

Literæ.

Aeger mori lege cōpellit.

Herbe mortē inducentes.

Matrimonia communia.

sit apud eos ambitio, aut præcipua affectio, concordes absq; seditione viuãt. Esse insuper ea in insula animalia magnitudine quidẽ praua, sed natura & sanguinis virtute admirabilia, corpore sunt rotundo ac testitudinib⁹ simili, duab⁹ lineis inuicẽ per mediũ trãsuersis, in quarum cuiuslibet extremo sit auris & oculis, vt quatuor oculis videant, totidemq; audiant auribus. Vnicis venter atq; intestinis, in quę comesta cõfluunt. Pedes circũ habent plures, quibus in vtramq; partẽ ambulant. Huius beluæ sanguis mirabili asseritur virtute Omne em̃ corpus consilium dum spirat hoc tinctũ sanguine cohęret. Quisq; cœtus nutrit, magnas diuersę naturę aues quib⁹ experiũtur quales filii sint futuri. Impositis enim supra aues infantibus si volãtes per aëra immoti nõ expauescant educãt. Si vero timore ignauiaq; deficiũt proiiciũtur, vt neq; diutius victuri & animi exertio inutiles. Cuius libet cœt⁹ senior aliis tanquã rex cui parent omnes imparat. Annis centũ quinquaginta actis seipsum vita ex lege priuat, post eum senior accipit principatũ. Mare quo insula circundatur fluctuosum, & quod motus ingentes facit, dulcis est aquę gustus. Arctus & plæręq; stellæ quæ nobis apparent minime ab illis conspiciuntur. Sunt & aliæ septẽ insulæ pari magnitudine paribusque fere interuallis distantes, quæ eiusdẽ gentis legisq; existunt. Omnes eas incolẽtes, quamuis terra sua sponte abunde victum ferat, his tamẽ modeste vtuntur Simplices enim cibos appetunt, nutrimentũ quod satis est quærentes, Carnibus tum assis tum elixis vescũtur. Coquorum artem varisq; saporibus condita vt inutilia reiiciunt. Deos & eum qui omnia continet, solemque & reliqua cœlestia colũt. Pisces auesq; variis generis capiunt. Nascuntur ibi sua sponte arbore fructiferę, Oleę & vites, ex quibus olei & vini copiam educunt, Serpentes magnos sed innocuos insula producit, quorum carnes miræ dulcedinis edunt. Vestes parant ex lanugine molli ac splendida ex medio arundinum sumpta, qua maritimis tincta ostreis vestimenta purpurea cõficiuntur. Varia existunt animãtia, vt quia propter opinionẽ haud facile credita. Certũ viuendi ordinẽ seruañt, vnico cibo dictim cõtenti. Nam certo die pisces, alio aues,

Animalia admirabilia.

Sanguis medicinę vilissius.

Alię insulæ septẽ.

Victus insulanorũ. Religio.

Serpentes innocui & esui apti.

quandoque terrestria animalia edunt, oleo aliquando simplicique mensa vtuntur. Diuersis sunt exercitiis dediti, quidem inuicem ministrant, alii piscantur, alii exercent artes, nonnulli circa alias res vsui commodas occupentur, quidā exceptis senibus partitis inuicē operibus seruitio vacāt. In sacris ac diebus festis hymnos in deorum, & maxime Solis, laudes canunt, cui se & insulas dicarunt. Mortuos in littore sepeliunt, cadauer cū mare fluit arena obruētes, vt aq; fluxu inundationeq; exaggeretur locus. Calamos ex quib⁹ fructū decerpūt augeri aiūt minuique ad lunæ modū. Fontiū aqua dulcis ac sana caliditatē seruat, nisi frigida aqua aut vinum immisceatur, Iambolus & qui cū eo accesserat cū septem annis in insula mēsisset, tandē inuiti eiecti sunt tanquā mali, malisque moribus assueti. Igitur pręparata rursus scapha, cibisque impositis abscedere coacti mensibus quatuor ad Regem Indiæ peruenere, a quo postea saluo conductu per Persidem in Græciam dimissi sunt.

Exercitia & studia

Sepulchra.

Aque mirabilis natura.

¶De Taprobana insula & gentis eius moribus.

CAPVT. XXVII

TAprobanē insulā antequam temeritas humana exquisito penitus mari fidem panderet, diu orbē alterum putauerunt, & quidem eum quem habitare Antipodes crederentur. verum Alexandri magni virtus ignorantiam publici erroris non tulit vlterius permanere, sed in hęc vsq; secreta propagauit noīs sui gloria Missus igitur Onesicretus præfectus classis Macedonię, terrā istā quāta esset: quid gigneret, quomodo haberetur exploratā notitiæ nostrę dedit, patet in lōgitudine stadiorū septē milia in latitudine quinque milia. scindit amne interfluo Nā pars ei⁹ bestiis & elephātis repleta est maioribus multo, q̄ quos India, partē hoīes tenēt Margaritis scatet & gēmis omnibus sita est inter ortum & orcasum, ab eo mari incipit quod prætum Indiæ est. A Prasia Indorum gente dierum vigintiquinque primo in eam fuit cursus, sed cū Papyraceis & Nili nauibus illo pegeretur, mox cursu nauium nostrarum septem dierum iter factum est. Mare vadosum interiacet altitudinis non amplius senū passuum Certis autem canalibus adeo altū, adeoque depressum, vt nullæ

Lixendri magni virtus.

Insula ab Onesicrito reperta

Taprobanæ ambitus.

Mare vadosum.

vnquam anchoræ ad profundi illius ima potuerint per uenire. Nulla in nauigando sẏderũ obseruatio, vt pote vbi septẽtriones nequaquã aspiciũtur, Vergiliæ nunquã apparent, Lunam ab octaua in sextã decimam tantum supra terram vident. Lucet ibi Canopos sydus clarũ & amplissimũ, Solem oriẽtẽ à dextra habent, occidentẽ à sinistra habẽt. Sub Claudii adhuc principatus ęs signatum ignorabant, Pecunia maxime stupuisse traduntur, quod signata disparibus foret vultibus, parẽ, tamen haberet modũ põderis. Excedũt homines corporũ magnitudine alios omnes. Crines fusco imbuũt. Cæruleis oculis, atroci visu, terrifico sono vocis, quibus immatura mors est. In annos centũ æuum trahunt. Aliis omnibus annosa ætas, & pene vltra humanã extẽta fragilitatẽ. Nulli aut per diem aut ante diem somnus. Noctis partẽ quieti destinãt, lucis ortũ vigilia anteuertũt. Aedificia modice ab humo tollũt Annona sempeodẽ tenore est, vites nesciunt. Pomis abundant. Colunt Herculem. In regis electione non nobilitas præualet, sed suffragiũ vniuersorum: populus enim eligit spectatum moribus & inueteratæ clementiæ, & iam annis grauem. Sed hoc in eo quæritur cui liberi nulli sint. Nam qui pater fuerit etiã si vita spectatus est, nõ admittitur ad regendũ, atsi forte dũ regnat pignus sustulit, exuitur potestate, idq; eo maxime custoditur ne regnũ hęreditarium fiat, deinde etiã si rex maximã pręferat ęquitatẽ, nolũt ei toto licere. Quadraginta rectores accipi ne in causis capitũ solus iudicet, & sic quoq; si displicuerit iudicatũ ad populũ prouocatur. A quo datis Iudicibus septuaginta: fertur sentẽtia cui necessario adquiescitur. Cultu rex dissimili a cæteris vestitur. Quod si etiã ipse in aliquo peccato argutus sit, ac conuictus morte multat. Non tamẽ vt cuiusq; attrectet manu, sed cõsensu publico rerũ oĩm interdicta ei facultate etiam colloquii potestas punito denegatur Culturę student vniuersi, venatibus indulgat, nec plebeias agunt prædas, cum Tygrides & Elephanti tantũ requirãtur, Maria quoque piscatoribus inquietant, marinasque testudines capere gaudent, quarum tanta est magnitudo vt superficies earum domum faciat, & numerosam familiam non arcte receptet

Canopos sydus

Taprobanæ hĩes

Rex suffragio creatur.

Rex liberis carere debet.

Iudiciorũ pulchra instituto.

Rex peccans morte multatur.

Testudinũ Marinarũ magnitudo.

Maior pars Insulę huius calore ambusta, est & in vastas deficit solitudines, latus ei⁹ mare affluit peruiridi colore, fructicosum adeo, vt Iubæ arborum plerumque gubernaculis atterentur Mirantur aurum, & ad gratiā poculorum omnium gemmarū adhibent ad paratum. Secāt marmora testudinea varietate. Margaritas legūt plurimas maximasque. Et hæ sunt gentes, hę nationes quarum mores ritus & instituta ab historiographis ipsis passim celebrata sunt, & potissimum quæ potuerunt aliq̄ sui excellētia & dignitate cognitionē nostrā peruenire, Permultas adhuc esse fateor, quę à me aut prætergressæ sunt aut partius attrectatæ, cum de illis scribere non plura potui quam inueni, vt qui apud eos non fui, nec cognoui, neque qui omnium conscius esset (preter immortalem deū) dicere satis posse existimaui: Ipse enim solus est, qui nouit omnia, & solus qui potest, Ipse est, qui prima ipsius orbis fundamenta in orbem cōiecit, & immensi maris aditum & semitam mortalibus patefacti, quique vitæ huius commoditates omnes diuitias, dignitates, honores præstitit: quive sydera discernēs vnicuiq; quam voluit, sortem tradidit, quibusdam enim vt terram colerant, atque inde sibi diuitias & opes compararent, aliis autem vt pelago acti, aut piscarentur sibi victū, aut mercimonia cōmutarent. Aliis vt scientiæ & philosophiæ studiis se dederent, atque inde honores aucuparentur & laudes. Multis etiam vt cæteris præessent, iuberent & imperarent. Ideo non mirandum, si homines variam inter se non solum fortunam, sed etiam naturam mores & viuendi ritus sint consecuti quum videmus regiones & loca eā quoq; varietatē adepta, postquam vna quidē lacteos hoīes pariat, alia subalbidos alia fuscos, alia prorsus adustos, aut similes multis florib⁹: quales Assyria Sic enim statuit deus, vt hoīes varii quoque ingenii, & multiformis animi ac industriæ, quēadmodū & cætera, nascerentur, atque vt vnusquisque sua contentaretur sorte.

Cōclusio libri.

Excusatio autoris.

Deus solus omnia nouit & potest

Odeo cuiq; sorsfua concessa.

Vndemorū diuersitas.

FINIS

INDEX CAPITVM TRIVM LIBRORVM IOANNES BOEMI de omnium gentium moribus.

Præfatio.

Annotatorum

INOPERIS MARGINE OMNIVM INDEX ET TABVLA.

A.

M

N

Q

Q

R.

S.

V.

X.

FINIS.

Gabriel Paulmier

